AD p̄mā. q. q̄ queritur: vtꝝ ſit verū ꝙ xp̄s ſit poſitus ī ruinā multoꝝ ſic p̄ceditur. Et videtur ꝙ nō. ¶ Primo ſic. xp̄s nunq̄3 p̄buit occaſionē ruine alicui ex aliquo dicto vel facto ſuo: ergo non fuit poſitus in ruinā alicuius. Cñā ē bona ⁊ aſſumptū p3: q: p̄bere occaſionē ruine aliquorum eſt ↄtra caritatē. Et ita peccatū. xp̄s autem peccatū non fecit nec inuētus eſt dolus in ore eius. ¶ Scḋo ſic: xp̄s poſitus eſt a deo patre in lucē gētiū: vt ſit ſalus vſq3 ad extremū terre yſa. xlix. Ergo non eſt poſit⁹ in ruina3 alicuius. ¶ Tertio ſic: xp̄s venit: vt hoīes vitā habeāt vt ipſe dicit Jo. iiij. Ergo non ē poſitus in ruinā mortis alicuius. Ergo non videt̄ verꝝ ꝙ poſitus ſit in ruinā. ¶ Quarto qui occaſionē dāni dat: dānū dediſſe videtur: ſ3 ſi xp̄s eſt poſitus in ruinā multoꝝ: ipſe videtur eſſe cā peccati hominū. ¶ In oppoſitū eſt euangeliū hoc ⁊ yſa. viij: et pe. Petri. ij. dicitur de xp̄o: ꝙ erit in lapidē offenſionis: ⁊ in petrā ſcandali. Reſpondeo dicendum: ꝙ euangeliſta dicit verum: ꝙ chriſtus poſitus eſt in ruina3 multorum: ſed diuerſimode ſm̄ duas expoſitiones. Exponitur enim dupliciter ille textus. Uno modo ſm̄ glo. quandam. i. in ruinam multorum. ſ. vitiorum ⁊ in reſurrectionem virtutum. Planc hoc veru3 eſt. Ipſe enim eſt cui in pſona. Hier. dictū eſt. Hier. i. a deo patre. Ecce conſtitui te ſuper gētes ⁊ regna: vt euellas. ſ. vitia: ⁊ plātes virtutes Ubi inquit glo. Non enim poterant edificari bona: niſi deſtructa exiſterēt mala: nec plantari optima: niſi eradicarentur peſſima. Unde Mat. xv. Omnis plātatio quā non plantauit pater meus celeſtis: eradicabitur. Alio modo exponitur reſpectu hominū malorum. Et tunc dicitur ꝙ etiam dictum euāgelij eſt verum ad iſtu3 intellectū. ſ. ꝙ poſitus eſt in ruinā multorum: nō ꝙ dicto aut facto ſuo minus recte prebuerit occaſionem ruine alicui: ſed quia ex doctrina ⁊ operibus ſanctis ſuis multi mali ex malicia ſua occaſionem receperūt ruine. Unde ſanctus Tho. in quarto di. xxviij. Inquit quodq3 aliq ex factis vel dictis chriſti: ſumpſerunt occaſionem ruine: dicitur eſſe poſitus in ruinam ⁊ in ſcandalum: non ꝙ ipſe dederit aliquā vel modicam occaſione3 ruine. Unde non legitur ꝙ aliquos ſcandalizauit: ſed ꝙ aliqui ex dictis vel factis eius ſcandalizati ſunt. ¶ Ad rationes in oppoſitum. Ad primam reſpondetur negādo cōſequētiam: Et ad probationem dicimus ꝙ bene concedimus ꝙ chriſtus non eſt poſitus in ruinam: ꝙ ipſe dederit occaſionem ruine alicui. Unde neminem ſcandalizaſſe legitur vt dictū ē: ſ3 bñ mō expoſito. ¶ Ad ſcḋam r̄ndetur ꝙ rō p̄cedit ꝙ ñ ſit poſit⁹ in ruinā ſicut p̄bēs occaſionē ruine. ¶ Ad tertiā r̄ndet̄ eodē mō. ¶ Ad q̄rtā r̄ndet̄: negādo minorē. xp̄s enī nulli dedit occaſionē ruine: nec cā fuit peccati. Pro quo notādū ꝙ duplex eſt occaſio. ſ. data ⁊ accepta. Dicit̄ aūt occaſio data qñ fit aliq̄d op⁹ minus rectū: ex quo per exēplū alij p̄uocātur

ad peccandũ. Si aũt aliqs facit opus rectũ
⁊ alij inde ꝓuocent̃ ad peccandũ: nõ erit oc
caſio data: ſed accepta. Et talis fuit occaſio.
Phariſeoꝝ: qui ſcandalizabant̃ de doctri
na xp̃i. Et ſic intelligenda ſunt illa q̃ inducũ
tur de Jſa. iiij. ⁊ i. Petri. ij. Unde ſanctus
Tho. dicit in quarto: ꝙ xp̃s nõ dicit̃ petra
ſcãdali: qḋ per ſe fuerit ſcandali cauſa. q: ip
ſe nõ dedit alicui occaſionẽ ſcandali: ſ3 dicit̃
in petram ſcandali: ita ꝙ ꝑpoſitio: in: non
ordinẽ cauſe: ſed conſecutionẽ importat: q:
ex his que xp̃s fecit conſecutum eſt ſcanda
lum iudeorum. Hec ille.

A D ſecundã. q. q̃ querit̃ vtrũ
beata Maria ita gladio cõ
paſſionis mortis xp̃i fuerit ꝑ
foſſa: vt vere martyr poſſit
appellari. ſic ꝓceditur. Et vi
detur ꝙ ſic. ¶ Primo ſic. Dicit Hiero. in
ſermone de aſſumptione beate virginis.
Marie Recte dixeriz dei genitrix virgo
⁊ martir fuit: q̃zuis in pace vitam finiuerit.
¶ Secundo ſic: Dicit Grego. Jure enim
pluſq̃z martir eſt: que nimio amore vulnera
ta: teſtis extitit ſaluatoris: ⁊ ꝑ merore in ani
mo cruciatum ſuſtinuit paſſionis. ¶ Ter
tio ſic. Dicit Bernardus Longe eã pluſq̃z
martirẽ cenſemus: in qua paſſionis ſenſum
cõpaſſionis ſuperauit affectus. ¶ Quarto
Jdem Bernardus ſuper illud in plenitudi
ne ſanctorũ detentio mea. Merito in pleni
tudine ſanctoꝝ detẽtio eius erat: cui nec pu
ritas angelorũ: nec fides defuit patriarcha
rũ: nec ſpiritus prophetarũ: nec apoſtolorũ
zelus: nec conſtantia martirũ: nec ſobrietas
confeſſorũ: nec caſtitas virginũ: nec coniu
gatorum fecunditas. Ergo videt̃ ꝙ beata
virgo habuit omnes ꝓprietates gratuitas
alioꝝ ſanctorum. Ergo martir dicenda eſt.
¶ Jn oppoſitum aũt arguit̃ ſic. Mors eſt
de ratione martirij. Unde Maximus in
quodã ſermone dicit de martire: ꝙ vincit
pro xp̃o moriendo: qui vinceretur ſine fide
viuendo. Sed beata virgo non ſuſtinuit ꝓ
Chriſto mortem. Ergo nõ eſt dicenda mar
tir. Minor pz. Dicit enim Ambroſius tra
ctans hoc euangeliũ. Nec hiſtoria: nec litte
ra docent: beatam Mariam gladio vitam
finiuiſſe. Rñdeo dicendum iuxta ſanctum.
Tho. in ſecunda ſecunde. q. xxij. ꝙ de mar
tirio loqui poſſumus dupliciter. Uno mo
do ſm perfectam eius rõnem. Et ſic de rõ
ne martirij eſt: mortem ſuſtinere actu ꝓ no
mine xp̃i: Jſtud pz ſic. Martir dicitur qua
ſi teſtis fidei xp̃iane: per quam nobis viſibi
lia: ꝓpter inuiſibilia cõtẽnẽda ꝓponuntur
vt dicit̃ ad Habere. xi. Ad martiriũ ergo
pertinet: vt homo teſtificetur fidẽ: ſe opere
oſtẽdens cuncta p̃ñtia cõtemnere: vt ad fu
tura inuiſibilia bona perueniat. Quãdiu au
tem hominum in hac vita remanet vita cor
poralis nõdũ opere ſe oſtendit tẽporalia cũ
cta deſpicere. Conſueuerũt enim homines
⁊ cõſanguineos: ⁊ omnia bona poſſeſſa cõ
tẽnere: ⁊ etiam dolores corporis pati: vt vi
tã: cõſeruẽt. Uñ ⁊ ſathan cõtra Job indu
xit pellem pro pelle: ⁊ cũcta que habet: da
bit homo pro anima ſua. i. pro vita corpora
li. Et ideo ad perfectam rationem martirij
requirtur ꝙ aliqs mortẽ ſuſtineat. Et hoc
modo beata virgo nõ fuit vere martir: cũ
vitam gladio nõ finierit. Secundo mõ poſ
ſumus loqui de martirio ſm quandã ſimili
tudinem. Unde yſidorus in libro ethy. di
cit Duo ſunt genera martirij Unũ in aper
ta paſſione Alterum in occulta animi vir
tute. Et hoc modo beata virgo propter im
mẽſum amorem eius ad Chriſtum: in paſ
ſiõe xp̃i martir dicitur fuiſſe. Unde Augu
ſtinus in ſermone quodam: de ea ita dicit.
Maria quia mente paſſa eſt: pluſq̃z mar
tir fuit: nimirũ: quia eius dilectio amplius for
tis: q̃z mors: quoniam mortem xp̃i: ſuã fecit
Hec ille. ¶ Ad rõnes in oppoſitum reſpõ
dẽtur ꝙ vt dicit ſanctus Thomas tã in ſe
cunda ſecũde q̃z in quarto. Omnes aucto
ritates ille ſanctorũ intelligẽde ſunt de mar
tirio ſm quãdam ſimilitudinem. ¶ Ad rõ
nem vltimam rñdetur eodem modo: ꝙ ꝓ
cedit de martirio dicto ſm multitudinẽ.

¶ In feſto Circunciſionis eſt euangelium In illo tempore poſtq̄ꝫ cōſummati ſunt ⁊c̄. Lu.ij. Circa quod poſſunt he queſtiones diſputari.

¶ Primo vtrum xp̄s debuit circuncidi.

¶ Secundo vtrum circunciſio nunc tempore gratie ceſſare debuit.

¶ Tertio vtrum conuenienter nomen chriſto fuit impoſitum ieſus.

Ad primam.q.in qua querit̄ vtrum xp̄s debuit circuncidi:ſic proceditur. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo ſic:Circūciſio fuit ordinata i remediū originalis peccati:Sed xp̄s non contraxit originale peccatum. Ergo xp̄s non debuit circūcidi. ¶ Secundo ſic. Chriſtus nō fuit decimatus in lumbis Abrahe:quia figurabat medicinam originalis. Ergo nec debuit circuncidi eadē ratione. ¶ Tertio ſic. Sabbati obſeruatio vicinior erat preceptis moralibus inter que etiam cōputatur:q̄ꝫ circūciſio. Sed xp̄s ſabbata litteraliter non obſeruabat. Vn̄ dicebant iudei de ipſo Joā.ix. Non eſt hic homo a deo qui ſabbatum non cuſtodit. Ergo non debuit ſeruare circunciſionem. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. R̄ndeo dicendum ſub iſta cōcluſione:ꝙ xp̄s debuit circūcidi:nō ꝑpter indigentiam aliquam:ſed propter decentiā. Cui⁹ poteſt multiplex ratio aſſignari. Primo quidem vt oſtendat veritatem carnis humane: contra Manicheum:qui dixit eū habere corpus fantaſticum:⁊ contra Apollinareꝫ:qui dixit corpus chriſti diuinitati eē conſubſtantiale:⁊ contra Valentinum:qui dixit:xp̄m corpus de celo attuliſſe. Secūdo vt approbaret circunciſionem: quam olim deus inſtituerat. Tertio vt oñderet ſe eſſe de genere Abrahe:qui circūciſionis mandatum acceperat in ſignum fidei:quā de ipſo habuerat Gen̄.xv. Et cui facta eſt repromiſſio de chriſto. Quarto vt iudeis excuſationem tolleret:ne eūꝫ reciperent ſi eſſet in circunciſus. Quinto vt obedientie virtutē nobis ſuo exemplo commendaret. Unde octaua die circunciſus eſt:ſicut erat in lege preceptum. Sexto:vt qui in ſimilitudinem carnis peccati venerat:remedium:quo caro peccati conſueuerat emundari non reſpueret. Septimo vt legis onus in ſe ſuſtentans:alios a legis onere liberaret:ſm̄ illud Gala.iiij. Miſit deus filium ſuum factum ſub lege:vt eos qui ſub lege erant:redimeret. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando cōſequentiā quoniā xp̄s ſicut propria voluntate morteꝫ noſtram ſuſcepit:que eſt effectus peccati: nullum in ſe habens peccatū. vt nos a morte liberaret:ita ⁊ circūciſionē:que erat remedium originalis peccati ſuſcepit: abſq̄ꝫ hoc ꝙ haberet originale peccatum:vt nos a legis iugo liberaret:ſicut dictum ē. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando cōſequentiam. Et ratio eſt:quia decimatio erat actus tantum figuralis:quātum ad illos:q in lumbis Abrahe decimabantur. Et ideo chriſto non cōpetebat:qui immunis fuit ab originali peccato:Sed circūciſio etiam hꝫ alias cauſas preter ſignificationeꝫ in illis:qui circuncidunt̄. Et ideo non eſt ſimilis ratio de vtroq̄ꝫ. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam:Et ratio eſt:quia chriſt⁹ in puericia ſua in nullo ab alijs pueris ſegregatus fuit:quantum ad exteriorem conuerſationeꝫ. Et ideo omnia que ad pueros pertinebant:in veteri lege implere voluit: Sed quando iam ad perfectaꝫ etatem peruenit oſtendere ſe debuit dominum eſſe legis:⁊ legem vſq̄ꝫ ad ipſum poſitam fuiſſe. Et ideo in quibuſdam ſupra legem operatus eſt ſicut de obſeruatione ſabbati ⁊ in tactu leproſi ⁊c̄.

Ad ſecundam.q. qua querit̄ vtrum circunciſio nunc tempore gratie ceſſare debuit ſic proceditur. Et videtur ꝙ nō. ¶ Primō ſic. Omnis chriſti actio noſtra eſt inſtructio Unde dicitur Jo.xiij. Exemplū enim dedi vobis:vt quē

admodum ego feci vobis:⁊ ita faciatis. Sȝ
xp̃s fuit circunciſus: vt in precedenti.q. Er
go exemplo ſuo debemus circũcidi. Et per
conſequens circũciſio ceſſare non debuit.
¶ Secũdo ſic: Dicitur Gen̄.xvij. q circũ
ciſio dabat̃ in fedus eternum. Sed eternuȝ
eſt q nullo fine clauditur. Ergo circũciſio
ceſſare debuit. ¶ Tertio ſic: Figuralia que
ſignant id: quod ſemper faciendum eſt: non
debent ceſſare: ſicut de thurificatione: que
ſignat deuotionem. patet. Sed circunciſio
cordis cuius laus ex deo eſt: ad Romanos
ij. ſemper facienda eſt: ⁊ hanc ſignat exte-
rior circunciſio. Ergo ceſſare non debuit.
¶ In oppoſitum eſt illud Gala. v. Si cir-
cuncidimini: xp̃s vobis nihil proderit. Se-
cundo ſic Ad Hebreos. vij. dicit Apoſtolꝰ
q tranſlato ſacerdotio: neceſſe eſt vt legis
tranſlatio fiat: Sed oportuit ſacerdotiũ trã
ferri. Ergo ⁊ legẽ. Et ſi hoc tunc ⁊ ſacramẽ
ta legalia. Sed inter hec precipuũ eſt circũ
cũciſio. Ergo ⁊c̃. Rñdeo dicẽdum ſub iſta
concluſione q circũciſio ceſſauit ⁊ debuit
ceſſare. Qua cũcluſio oſtenditur ſic: Cum
venit quod perfectum eſt: euacuari debet
quod ex parte eſt: ſi ad idem ordinent̃: qꝛ
gratia non facit per duo: quod per vnum
põt facere: ſicut nec natura. Circunciſio au
tem imperfecta erat reſpectu baptiſmi. Et
hoc tripliciter. Primo quantum ad ſignifi
cationẽ qꝛ nõ ſignificabat ita expreſſe emũ
dationem totius hominis ab immundicia
culpe originalis: ſicut ablutio baptiſmalis.
Secundo quantuȝ ad efficaciaȝ: qꝛ non ita
habundans gratia ad operandum ⁊ repri
mendum fomitẽ in circũciſione dabat̃: ſi-
cut in baptiſmo. Tertio quantũ ad vtilita-
tẽ: qꝛ nõ erat eius vtilitas ita cõmunis: ſicut
baptiſmi: cũ haberet determinatũ populũ:
determinatum ſexum: determinatuȝ tẽpus:
quod in baptiſmo nõ accidit. Et ideo: adue
niẽte tempore plenitudinis: debuit ceſſare
baptiſmo ſubſtituto. ¶ Ad rõnes in oppo
ſitum. ¶ Ad primã rñdetur negando ꝯñaȝ
Et rõ eſt: quia licet xp̃s in omnibus operi-
bus ſuis nos erudiuit: nõ tñ omnia fecit ad
imitationem: ſicut opera miraculoſa: ⁊ alia
plura: Quõ aũt xp̃s circuncidi voluit: rõnes
ſupra in queſtione precedenti fuerunt aſſi-
gnate. Vñ xp̃s nõ voluit circuncidi vt alij
imitarent̃ eum: quo ad hoc: ſȝ magis vt ex
hoc erudirent̃ de alijs que tacta ſunt in rõ
nibus ſuperius aſſignatis. ¶ Ad ſecũdam
rñdetur negando ꝯñam. Et rõ eſt: quia cuȝ
dicitur: q circũciſio ſit data in fedus eter-
nũ: nõ oportet ita intelligi: eternũ: q careat
fine: Vñ in eadem littera dñs dicit: q da-
bit eis terrã in poſſeſſionẽ eternã. Et ꝯſtat
tamẽ q terram ꝑmiſſionis iudei nõ poſſi-
dent. Vñ eternũ diſtinguit̃. Et dicitur tri-
pliciter: aut quantũ ad durationẽ: aut quan
tum ad finis indeterminationem: aut quan
tum ad ſignificationem. Primo mõ dicit̃
dupliciter. Aut qꝛ caret ꝑncipio ⁊ fine: ⁊ ſic
Eccle. xv. Dicit̃. Qui viuit in eternũ crea
uit omnia ſimul. Aut quãtuȝ ad priuationẽ
termini tantum: ſicut illud pſal. Statuit eaȝ
in eternum ⁊ in ſeculum ſeculi. Eternuȝ ſe-
cũdo mõ quãtũ ad indeterminationẽ dicit̃:
ſicut ſacerdotiuȝ Aaron dicit̃ eternũ: quia
deus nõ determinauit: qñ ceſſaret. Eternũ
quantũ ad ſignificationẽ. Et ſic circunciſio
dicitur in fedus eternum: quia tempus du
rationis nõ eſt determinatũ nobis. Vel di-
cendum eſt: q eſt eternum quantũ ad ſigni
ficatũ ſuum: ⁊ quantum ad id quod ei ſuc-
cedit. ¶ Ad tertiã rñdetur negando ꝯñam
Et rõ ẽ: quia ꝑncipalis ſignificatio ad quã
inſtituta eſt: eſt ablutio originalis peccati: qꝛ
circũciſio ſacramẽtalis refertur ad effectũ
Hoc autem non ſemper faciẽduȝ erat per
circũciſionem. Et ideo non oportebat q cir
cunciſio ſemper maneret. Alia autem ſigni
ficatio eſt ex conſequenti. Et ſm illam non
oportet accipi iudicium de duratione circũ
ſionis. Thurificationis autem ſignificatio
nunq̃ȝ fuit ad ſignificandũ aliqd: vt effectũ
eius. Et ideo nõ eſt ſimilis rõ.

a D tertiam. q. qua querit̃ vtrũ
cõuenienter xp̃o fuit nomẽ im-

poſitum Jeſus ſic proceditur. Et videtur. q non. ¶ Primo ſic: Veritas prophetica debet pronunciationi pphetice rñdere. Sz pphete aliud nomé de xpo pronūciarunt. Dicitur enim yſa. vij. Ecce virgo cócipiet ꝛ pariet filiuꝫ: ꝛ nomé eius vocabit Emanuel. Et yſa. viij: Voca nomen eius: accelera: ſpolia: detrahe: ꝛc. Et yſa. ij. Vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius: deus fortis: ꝛc. Et zacha. vi. Ecce vir. Oriens nomen eius. Ergo incóuenienter vocatum eſt nomen eius ieſus. ¶ Secundo yſa. lxij. dicitur Vocabitur tibi nomen nouum q os domini nominauit. Sed hoc nomen Jeſus non eſt nomé nouū: ſed pluribus fuit in veteri teſtamento impoſitum: vt patet de ieſu filio Joſedech. ꝛ de ieſu Naue: vt. pꝫ etiam ex ipſa geneologia xpi Lu. iij. Ergo videt q incóuenienter ſit vocatuꝫ nomen eius ieſus. ¶ Tertio ſic. Hoc nomen ieſus ſaluteꝫ ſignificat. Sed ſalus per xpm non eſt facta ſolū in circūciſione ſed etiaꝫ in principio vt pꝫ per apoſtolū Ro. iiij. Ergo incóuenienter hoc nomé eſt poſitum in circunciſione. ¶ In oppoſitum eſt euangelium pn̄s: vbi dicitur poſtq̄ cóſummati ſunt dies octo: vt circūcideretur puer: vocatū eſt nomen ei⁹ ieſus. Rñdeo dicendū ſub iſta concluſione q cóuenientiſſime vocatum eſt nomé eius ieſus. Iſta concluſio probatur: ꝛ eius cóueniētia oſtēditur ſic Nomina enim ſi conuenienter imponantur: debent proprietatib⁹ reſpondere. Hoc pꝫ in omnibus generum ꝛ ſpecierum: de quibus dicitur. iiij. Metha. Ratio enim quam ſignat nomen: é diffinitio: que deſignat ppriá rei naturá. Nomina auteꝫ ſingulariū hominū ſemper imponūtur ab aliqua proprietate eius: cui nomen imponitur: vel a tépore: ſicut imponūtur nomina aliquoꝝ ſanctoꝝ his: qui in eoruꝫ feſtis naſcuntur. vel a cognatione: ficut cum filio imponitur nomen patris: vel alicuius de cognatione: vel etiaꝫ ab euētu: ſicut Joſeph vocauit primogenitū ſuū Manaſſen. d. Obliuiſci me fecit deus omnium laboꝝ meoꝝ Gen̄. xli. vel etiaꝫ ex aliqua qualitate eius: cui nomen imponitur: ſicut Gen̄. xxv. q qui primo egreſſus eſt de vtero matris: ruſus erat: ꝛ totus in moꝛé pellis hiſpidis: vocatuꝫ eſt nomen eius Eſau: quod interpretatur Rubeus. Nomina auteꝫ que imponuntur diuinitus: a qbus ſemper ſignificant aliquod gratuitum donum: eis diuinitus datuꝫ: ſicut Gen̄. xxvij. dicit Abrahe Appellaris Abraá: quia patrem multarum gentiuꝫ conſtitui te ꝛ Mat. xvi. dictum eſt Petro. Tu es Petrus: ꝛ ſuper hanc petrá edificabo eccleſiaꝫ meaꝫ. Quia igit homini xpo hoc munus gratie collatū erat: vt per ipſuꝫ oés ſaluarent: ideo cóuenienter vocatū eſt nomé eius ieſus. i. ſaluatoꝛ. Unde hec ratio aſſignatur ab angelo Mat. i. cū ait ad ioſeph. Vocabis nomen eius ieſum. Ipſe enim ſaluū faciet populuꝫ ſuū a peccatꝫ eoꝝ. Cóuenienter ergo vocatuꝫ eſt nomen eius ieſus: eſt quideꝫ nomen multe excellētie: ꝛ ſublimitatis: ita vt in nomine Jeſu omne genu flectat: celeſtiū: terreſtriū: ꝛ infernoꝝ. Eſt nomen multe vtuoſitatis: ꝛ efficacie. Ná eſt nomen qd vt inquit Petrus Rauénas dedit cecis viſuꝫ: ſurdis auditū: greſſuꝫ claudis. ſermoné mutis. vitam moꝛtuis. totáqꝫ diaboli poteſtaté de obſeſſis coꝛpoꝛibus virtus huius nominis effugauit. Eſt preterea nomé magne clementie: ꝛ reuerentie: cum non ſit aliud nomé datū hominibus: ſub quo opoꝛteat nos ſaluos fieri Act. iiij. Secūda concluſio conuenienter in die circūciſionis vocatum eſt nomé eius Jeſus. Probat hec cóclusio: tuꝫ pmo: q: iſte erat mos apud iudeos. Un̄ ſicut legitur Gen̄. xvij. ſimul Abraá ſuſcepit ipoſitioné nois a deo: ꝛ circūciſiōis mádatū: Et iō apud iudeos pſuetuꝫ erat vt ipſo die circūciſiōis: noia pueris iponerent: ſicut etiá nūc pueris i baptiſmo noia iponūtur. Tū ſcdo: q: hodie pmo legit effudiſſe ſanguiné p nobis: q fuit archa redéptiōis nr̄e vt dicit Bernard⁹. Tertia pcluſio Cóuenient hoc nomé é ipoſitū xpo: n̄ ab hoie

ſed ab angelo: Patet concluſio: quia vt di
cit glo. interlinealis ſuper illud Lu. ij. Vo-
catū eſt ab angelo: non decuit tā glorioſum
nomen prius ab hominibus appellari: ſed
ab excellentiori natura: ne homo videretur
machinator huius nominis. Et Origenes
inquit Vocabulum ieſu glorioſum: oī ado-
ratu: cultuqȝ digniſſimum: nomen quod eſt
ſuper omne nomen: nō decuit primo ab ho
minibus appellari: nec ab eis inferri in mū
dū: ſed ab excellētiori maioriqȝ natura. Vn
de ſingulariter euangeliſta addidit: ⁊ voca
tum eſt nomen eius Jeſus: quod vocatum
fuerat ab angelo: anteqȝ cōciperetur in vte
ro. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad
pmam reſpondetur: ꝙ ratio non ꝓcedit: qꝛ
in omnibus illis nominibus quodāmodo
ſignificatur hoc nomen Jeſus: quod ē ſigni
ficatiuū ſalutis. Nā i hoc quod dicit̄. Ema
nuel quod interptatur nobiſcum deus: de-
ſignatur cauſa ſalutis: que eſt vnio diuine ⁊
humane nature. in perſona filij dei: ꝑ quā
factum eſt: vt deus eſſet nobiſcū. Per hoc
ꝙ dicitur: voca nomen eius: accelera: ſpo-
lia detrahe: ⁊c̄. deſignatur a quo nos ſalua
mur: quia a diabolo cuius ſpolia abſtulit:
ſm illud Colo. ij. Expolians principatus: ⁊
poteſtates: traduxit cōfidenter. Jn hoc etiā
ꝙ dicitur vocabitur nomen eius admira-
bilis ⁊c̄. deſignatur via: ⁊ terminus noſtre
ſalutis: inquantum. ſ. admirabili diuinitatis
conſilio: ⁊ virtute ad hereditatem futuri ſe
culi perducimur: in quo erat pax perfecta
filiorum dei: ſub ipſo principe deo. Qd̄ ve
ro dicitur ecce vir: oriens nomen eius: ad
id refertur ad quod primum. i. ad incarna-
tionis miſterium ſm quod exortum ē in te-
nebris lumen rectis corde. ¶ Ad ſecūdam
reſpondetur negando conſequentiā. Et ra
tio eſt: quia licet aliquibus: qui fuerunt ante
xpm: conuenire potuit hoc nomē Jeſus ſm
aliquā aliam rationem: puta quia aliquā p
ticularem ſalutem attulerūt: vt Jeſus Na-
ue ſaluauit populū Jſrael. hoſtes eius de-
bellando: vt legitur in libro Joſue: ſed ſm
rationem ſpālis ⁊ vniuerſalis ſalutis: hoc
nomen ꝓprium ē xpo: Et ſm hoc dicit̄ eſſe
nouū: inquantū eſt impoſitū ei ab hac ꝓpe
tate: qꝺ ē ſaluator. Eſt eteni ſaluator. ¶ Ad
tertiā reſpondetur negando ꝯſequētiā. et
ratio eſt: quia licet ſalus facta per xpm cōm
munis ſit: ⁊ iudeis ⁊ gentilibus: nihilomi-
nus pncipaliter dicitur eſſe miſſus ad oues
que perierunt domus iſrael.

¶ Jn vigilia epiphanie eſt euangelium il-
lud Jn illo tempore defuncto Herode ⁊c̄.
Mat. ij. Circa quod pōt diſputar. ſe. q.

Vtrum xps cōueniēter voca
tur nazarenus. Et videtur ꝙ
non. ¶ Et pmo arguitur ꝙ
nō: ratione illius glo. interli-
nealis: que exponit̄. i. ſanctꝰ.
¶ Primo ſic: Chriſto non cōuenit ſanctifi
cari: quia in quolibet ordine: pmū mouens
ē immobile. Sed xps eſt pncipium totius
humane ſignificationis. Ergo ipſe ſanctifi-
catus non ē. ¶ Secūdo ſic: Omne qꝺ fit:
fit ex contrario. Generationes eni ſm phi
loſophū: ex cōtrarijs ſunt. Sed xps ab om
ni peccato quod ſanctitati contrariatur im-
munis fuit. ergo xps ſanctificatus non ē di
cendus. ¶ Tertio arguitur: ꝙ non debeat
dici Nazarenus: quia in Nazareth fuit cō
ceptus: ⁊ pari ratione dicendus eſſet Be-
thlemita: quia in Bethleem fuit natus: Sȝ
hoc nō dicitur: Ergo nec aliud ē dicenduȝ.
¶ Quarto ſic. Non videtur veruȝ ꝙ per
pphetas dictum ſit: ꝙ Nazarenus ſit no-
minandus. Ergo non videtur dicendum.
Aſſumptum patet quia non inuenitur i ſcri
ptura tale dictum. ¶ Jn oppoſitum ē euā
gelium pſens. Rn̄deo dicenduȝ ſub iſta cō
cluſione: ꝙ cōuenientiſſime xps appellatus
⁊ nominatus ē Nazarenus. Jſta concluſio
oñditur ex multiplici ratione. Primo ra-
tione ſanctitatis: interpretatur enim Naza-
renus ideſt ſanctus: ſiue ſanctificatus. Chri
ſtus autem fuit ſanctus ſanctorum Danie-
lis. ix. Dicitur etiam ab angelo beate Ma
rie Lu. i. Qd̄ enim ex te naſcetur ſanctum:

vocabiť filius dei: Et Jo.x.dicit Quē pať
ſanctificauit ⁊ miſit in mūdum. Secūdo cō
uenienter dicitur Nazarenus rōne interp̄
tationis: quia interpretatur floridus. yſa.xi.
Egredietur virga de radice yeſſe: ⁊ flos ꝺ
radice eius aſcendet. Uirga vt dicit Hie-
ro. ē dei genitrix: flos filius eiꝰ: Et bn̄ flos:
qꝛ ad modū floris natus: mira pulchritudi-
ne venuſtatus: grato odore diffuſus: in fru
ctu dulciſſimus. Flos enim lumine ſolis na
ſciť: qđ eſt lumen celeſte: nō habēs generās
aliquod: niſi diuinū: ſic floruit: qn̄ ſol eternꝰ
virtutē caloris ⁊ luminis in vterū cōgeſſit
virginis Hic flos picturatus eſt venuſtate
virtutis. Un̄ bene Nazarenus diciť qui in
terpretatur floridus. Hic flos gratꝰ ē odo-
re. Canti. iiij. Emiſſiones tue paradiſus:
hoc eſt effragationes odoꝝ tuoꝝ: in fama
tue virtutis: videnť eſſe odoramēta florum
paradiſi. Hic floris ſpes eſt dulciſſimi fru-
ctus: in adeptione gaudij eterni. Canti. iiij.
Fructus dulcis eſt gutturi meo. Tert a ra-
tio cōuenienter xp̄s noiatur Nazarenꝰ: qa
cōceptus ē in nazareth. ⁊ vt dicit Albertus
magnus ꝙ ꝯceptus xp̄i multū congruebat
nomini Nazareth: qꝛ ſicut diuine genera-
tioni: ita ⁊ humane generatiōi flores de flo
re aſſimilantur. Flos enim pullulat de vno
germine in decore: ⁊ colore. Similiter filiꝰ
ꝫm diuinā generationē procedit ab vno: q
eſt in celis ſine matre: ⁊ ꝫm generationē hu
manā: de vna in terra ſine patre. Bene er
go in Nazareth conceptus fuit flos noſter
qui ſicut flos de flore ſine virili cōmixtione
de vna matre ſaluo virginitatis decore: et
matris integritate ꝓceſſit. Quarto Naza
renus dicitur: qꝛ ibi nutritus fuit: ⁊ educa-
tus. xp̄s enim ſicut in flore ꝯcipitur: ita ⁊ in
floribꝰ ſanctitatis nutritur: ⁊ educatur: ⁊ pa
ſcitur. Lectulus noſter floridus eſt Cāti. i.
Quinta ratio: qꝛ iñ Nazareth domicilium
fuit parentibus ſuis: ſicut Joſeph qui pať
eius putabatur: ⁊ beatiſſime v̄ginis Ma-
rie q̄ veriſſime mater fuit. Un̄ Luce. ij. dici
tur Poſtq̄ꝫ pfecerunt oia ꝫm legē dn̄i: re-
uerſi ſunt in ciuitatē ſuā Nazareth: que di-
cebatur coꝝ ciuitas: vt inqͭt glo. quātuꝫ ad
habitationē. ¶ Ad rationes in oppoſitum
¶ Ad p̄maꝫ rn̄detur: ꝙ ſanctificari eſt ſan
ctū fieri. Pōt autē aliquis ſctūs fieri dupli
citer: vt ex ſancto: vel nō ſctō. Ex ſctō iteruꝫ
dupliciter: vel ex minus ſctō: magis ſanctū
vt dicitur Jo.xvi. Pater ſanctifica eos in
veritate Apoſtoli enim tūc ſancti erant: vel
ꝫm cōtinuationē ſanctitatis eadē quantita-
te ſeruata: Et hoc modo xp̄s poteſt dici ſan
ctificatus ſicut ibideꝫ dicit. Ego pro eis ſan
ctifico meipſum. Sed iſte modus loquendi
nō videť cōſuetus. Un̄ ſic de ſanctificatiōe
nō videtur loqui hic. Ex nō ſancto dr̄ aliqs
ſctūs fieri dupliciter. Uno modo ex nō ſctō
cōtrarie: aut p̄uatiue: ſicut p gratiam ſancti
ficari diciť: Et hoc mō xp̄s nō pōt dici ſan-
ctificatus eſſe: qꝛ nō pōt accipi cū cōſiſtētia
ſubiecti defectus ſanctitatis in eo fuiſſe. Si
mul eniꝫ fuit homo ⁊ ſanctus. Alio mō pōt
dici fieri ſctūs ꝺ nō ſctō negatiue. Et tūc bn̄
dicitur: ex nō ſctō ſctūs factus: rōne ſancti-
tatis create: que hominis eſt: Et ita cōcedi
pōt in aliquo ſenſu: xp̄m eſſe ſanctificatum:
Rn̄detur ergo: ad primaꝫ rōnem: in oppo
ſitum: negando ꝯn̄am: Et rō eſt: ꝙ primum
mouēs in aliquo ordine mobiliū: nō oporꝫ
eſſe immobile ſimpliciter: ſed immobile ꝫꝫ
genus motus: ſicut celum: qđ eſt p̄mū alte-
rās: mouetur quidem: ſꝫ nō alteratur. Non
enim eſt p̄muꝫ mouēs ſimpliciť. Similiter
etiā xp̄s ꝫm ꝙ homo: nō eſt primū ſanctifi
cans ſimpliciter: ſed deus: trinitas. Eſt autē
p̄mū ſanctificans inquātuꝫ homo: non per
modū ſatiſfacientis pro peccato: ⁊ ſic ſancti
ficatus nō eſt: aliquo tn̄ mō ſanctificatus ē.
¶ Ad ſcđaꝫ rn̄deť negādo aſſumptū. Nō
enim oē qđ fit: ex cōtrario fit: ſed ſolū qđ fit
per viā generatiōis: ⁊ alterationis. Opor-
tet tn̄ omne qđ fit: ex incontingenti fieri: vt
diciť. i. Phi. i. ex eo ꝙ nō cōuenit ſimul in-
eſſe Sic aūt ꝯtingēs: ē nō ſolū contrarium:
vel p̄uatio: q̄ reqͥrunt ſubiectū: ſed etiā ne-
gatio: que ꝯſiſtētia ſubiecti non requirit. Et

hic ex nõ ſancto: xp̄s factus eſt vt dictuꝫ eſt.
¶ Ad tertiã rõneꝫ negat̃ ꝯña. Et rõ pꝫ: ex
dictis. ¶ Ad quartã r̃ñdetur negãdo ꝯñaꝫ
q꞉ lꝫ ſic in forma nõ reperiat̃ ſcriptũ ex mul
tis locis: tñ intelligit̃: Nã Nazarenꝰ inter-
pretatur ſanctus: ⁊ ꝙ xp̄s dicat̃ ſanctꝰ hoc
habetur Daniel. ix. Iteꝫ interpretatur flori
dus: ⁊ hoc habet̃ yſa. xi. Egredietur virga
⁊c̃. Et concordat cũ eo qđ dicitur. Canti. ij.
Ego flos cãpi ⁊c̃. Unde ſignãter dicit euã
geliſta per prophetas: ⁊ tantum de iſta con
cluſione.

¶ In feſto Epiphanie eſt euangelium il-
lud Cũ natus eẽt ieſus Mat. ij. Circa qđ
pñt ſequẽtes q̃ſtiones diſputari.

¶ Primo vtruꝫ xp̄i natiuitas fuit cõueniẽ
ter per ſtellã magis manifeſtata.

¶ Secũdo vtrum ſtella magis apparens
fuerit vna de celeſtibus ſtellis.

¶ Tertio vtrum: magi conuenienter vene
runt ad adorãdũ: ⁊ venerãdum xp̄m.

Ad p̄mã. q. qua querit̃ vtꝝ
xp̄i natiuitas fuit ꝯuenient̃
per ſtellã magis manifeſta
ta: ſic ꝓcedit̃. Et videtur ꝙ
nõ. ¶ Primo ſic: Hoc eni
videt̃ eſſe occaſio erroris:
quãtũ ad illos: q exiſtimant ſydera natiui-
tatibus hominũ dñari: Sꝫ occaſiones pec
cãdi ſunt hoibus auferẽde: ergo nõ fuit cõ
ueniẽs ꝙ ꝑ ſtellã: magis xp̄i natiuitas ma-
nifeſtaret̃. ¶ Scđo ſic. Signũ oportet eſſe
certũ ad hoc ꝙ per ipſum aliqđ manifeſta
ret̃: Sꝫ ſtella nõ videtur eſſe ſignũ natiuita
tis xp̄i: Ergo incõuenient̃ fuit natiuitas xp̄i
ꝑ ſtellã manifeſtata. ¶ In oppoſitũ eſt euã
geliũ pñs. R̃ñdeo dicendũ ſub iſta conclu
ſione. ꝙ cõueniẽter xp̄i natiuitas eſt magis
per ſtellã manifeſtata. Iſta cõcluſio patet p̄
mo q꞉ vt dicit Deutro. xxxij. dei perfecta
ſunt opera. Sꝫ talis manifeſtatio fuit opus
diuinũ: ergo ꝑ cõueniẽtia ſigna fuit effecta
Scđo oñditur. Sicut manifeſtatio ſilogiſti
ca que fit ꝑ ea. que ſunt magis nota: ei: cui
eſt aliqđ manifeſtandũ: ita manifeſtatio que
fit per ſigna: dꝫ fieri per ea: que ſunt fami-
liaria illis: q̄bus manifeſtãtur. Manifeſtũ
eſt aũt ꝙ viris iuſtis eſt familiare: ⁊ cõſue-
tũ: interius ſp̄us ſancti inſtictu edoceri abſ
qꝫ ſignoꝝ ſenſibiliũ demonſtratione. ſ. per
ſpiritũ ꝓphetie. Alij vero corporalibus re
bus dediti per ſenſibilia ad itelligibilia de-
ducũtur. Iudei aũt cõſueti erãt diuina r̃ñſa
per angelos ſuſcipere: per quos etiã legeꝫ
acceperãt: ſm̃ illud Deut. vij. Accepiſtis le
gẽ in diſpoſitiõe angeloꝝ. Gẽtiles vero et
maxime aſtrologi conſueti ſunt ſtellaꝝ cur-
ſus aſpicere: ⁊ ideo iuſtis Symeõi ⁊ Anne
manifeſtata eſt xp̄i natiuitas p interioreꝫ in
ſtinctũ ſp̄us ſancti ſm̃ illud Luc. ij. R̃ñſuꝫ
accepit Symeon a ſp̄u ſctõ: nõ viſurum ſe
mortẽ: niſi prius videret xp̄m dñi. Paſto-
ribus aũt ⁊ magis tanq̃ꝫ rebus corporali-
bus đditis: ẽ manifeſtata xp̄i natiuitas per
apparitiões viſibiles. Et q꞉ natiuitas non
erat pure terrena ſed quodammõ celeſtis.
iõ per ſigna celeſtia vtriſqꝫ natiuitas xp̄i re
uelat̃. Ut eniꝫ Aug. dicit in ſm̃one de epi-
phania dñi: Celos angeli habitãt: ⁊ ſydera
ornãt. Utriuſqꝫ ergo celi enarrãt gloriam
dei. Rõnabiliter aũt paſtoribus tanq̃ꝫ iu-
deis apud quos frequẽter facte ſunt appa-
ritiões angeloꝝ: reuelata ẽ natiuitas xp̄i ꝑ
angelos Magis aũt cõſuetis in cõſidera-
tiõe celeſtiũ corporũ manifeſtata ẽ ꝑ ſignuꝫ
ſtelle: q꞉ ſicut dicit Criſo. Per ꝯſueta eos
deus vocare voluit: eis ꝯdeſcẽdẽs. ¶ Ad
rõnes in oppoſitum. ¶ Ad primã r̃ñdetur
negãdo aſſumptũ Dicimꝰ eni ꝙ ſtella que
natiuitatẽ xp̄i mãifeſtauit: oẽꝫ occaſionẽ: er
roris ſubtraxit Ut eni Aug. dicit ꝯtra Fau
ſtũ Nulli aſtrologi cõſtituerũt ita naſcẽtiũ
hoiuꝫ fata: ſub ſtellis: vt aliquã ſtellaꝝ: hoie
aliquo nato circuitꝰ ſui ordinẽ reliq̄ſſe: ⁊ ad
eũ: q natus ẽ perrexiſſe aſſeuerent: ſicut ac
cidit circa ſtellã: que demõſtrauit natiuitatẽ
xp̄i: Et ideo per hoc nõ ꝯformat̃ error eo-
rũ: q ſortẽ naſcentiũ hominũ: aſtraꝝ ordini
colligari arbitrãtur. Nõ aũt credũt aſtrorũ
ordinẽ ad hois natiuitatẽ mutari. ¶ Ad ſe

cũdã rñedtur negãdo minorẽ:Dicim⁹ eni ꝙ ſtella illa fuit ſignũ certũ natiuitatis xp̃i. tum primo q2 ſicut Criſo.refert in quibuſ-dã ſcriptis apocriſis:legiꝭ ꝙ quedaꝫ gens in extremo oriẽtis:iuxta occeanũ quandaꝫ ſcripturã habebat ex nomine Seth.ꝺ hac ſtella ⁊ muneribus hmõi offerendis.Que gens diligẽter obſeruabat huius ſtelle or-tũ:poſitis exploratoribus.xij.q certis tẽpo ribus aſcẽdebãt in montẽ:in quo poſtmo-dũ viderũt eã:hñtẽꝫ in ſe quaſi paruuli for mã:⁊ ſuper ſe ſimilitudinem crucis:Et ſic fuit certuꝫ ſignũ.Uel ſecũdo dicẽdũ ꝙ ma gi illi traditionẽ Balaaꝫ ſequebãtur:q di-xit orietur ſtella ex iacob.Uñ videntes ſtel lã extra ordinẽ mũdi:hãc eſſe intellexerũt: quã Balaã futurã indicẽ regis iudeoꝝ ꝓ phetizauerat.Et ita certum ſignum erat.

C Tertio ſic:Dicit Aug.in ſermone ꝺ epi phania ꝙ ab angelis aliqua monitiõe reue latiõis:audierũt magi:ꝙ ſtella natũ xp̃m ſi gnificaret:Et ita certum etiã ſignum fuit.

C Quarto vel ſicut dicit Leo papa i ſmo ne de epiphania:ꝑter illam ſpeciẽ q̃ corpo reũ incitat obtutũ:fulgentior veritatis ra-dius:eoꝝ corda perdocuit.Qꝺ ad illumi-nationẽ ꝑtinebat.Et ita certũ ſignũ fuit.

AD ſecundaꝫ.q.qua queritur vtrũ ſtella magis apparens fuit vna de celeſtibus ſtellis ſic ꝓceditur.Et videꝭ ꝙ ſic. Dicit Aug.in quodã ſmone epiphanie.Depẽdet ad vbera:⁊ viliuꝫ pa titur deus inuolumenta pãnoꝝ:repẽte no uuꝫ ſydus effulſit.Fuit ergo ſtella illa cele-ſtis que apparuit. C Scꝺo ſic.Dicit Au-gu.in quodã ſermone epiphanie Paſtori-bus angelus:magis ſtella xp̃ꝫ demonſtrat: loquiꝭ lingua celoꝝ:q2 lingua ceſſauerat ꝓ phetaꝝ:Sꝫ angeli apparentes paſtoribus fuerũt vere de celeſtibus angelis:ergo etiã ſtella magis apparens fuit vna de celeſtib⁹ ſtellis. C Tertio ſic:Stelle q̃ nõ ſunt in ce lo:ſꝫ in aere:dicuntur ſtelle cometa:que nõ apparẽt in natiuitatib⁹ regũ:ſꝫ magis ſunt indicia mortis eoꝝ.Sꝫ illa ſtella ꝺſignabat regis ñatiuitatẽ.Uñ magi dicũt:Ubi eſt q natus eſt rex iudeoꝝ:Uidimus ſtellaꝫ eius in oriente ⁊c̃.Ergo ſtella illa fuit vna de ce leſtibus. C In oppoſitũ eſt euãgeliũ pñs.

C Scꝺo dicit Aug.cõtra Fauſtũ Non ex illis erat ſtellis:q̃ ab initio creature itinerũ ſuoꝝ ordineꝫ:ſub creationis lege cuſtodiũt ſed nouo virginis partu nouũ ſydus appa ruit.Rñdeo dicendũ ſub iſta cõcluſiõe ꝙ ſtella illa apparens magis:nõ fuit vna de il lis celeſtibus.Iſta cõcluſio eſt Criſo. ſuper Mat.Que ꝯcluſio oñditur ex multiplici diſtinctiõe: qa ſtella illa diſtiguebatur a ce-leſtibus vt dicit tã ſctũs Tho.Quã Alber tus magn⁹ in quiqꝫ.ſ.natura:ſitu:motu:cla ritate:⁊ ſignificatiõe.Natura qdeꝫ q2 erat corruptilis:⁊ nõ ꝺ natura celi.Et ideo per-acto officio cõuerſa fuit in preiacentẽ ma-teriã:Et hoc ꝯueniens fuit:q2 lumine vero inuẽto.alio lumine nõ indigerem⁹. Diſtin guebaꝭ etiã in ſitu:q2 nõ fuit in alto cũ alijs ſtellis:in firmamẽto:ſꝫ in ſpatio hui⁹ aeris vicina loca tenebat.Patet quia iſti per eaꝫ determinate diſtinxerũt domũ. Tertio di-ſtinguebaꝭ motu:q2 cũ alie ſtelle i circuitu rotarenꝭ hec ſola recta linea tẽdebat ab ori ente:q̃ eſt ꝟſus aqlonẽ ad occidẽtẽ:ꝺclinãs ad meridiẽ:ꝟſus iudeã vbi erat xp̃s Pre-terea differebat i motu:q2 nõ hẽbat ꝯtinuũ motũ ſꝫ cũ oportebat ſtare:ſtabat.Quarto i claritate differrebat:q2 ceteris ſplẽdidior erat.Uñ Leo papa i ſmõe epiphanie.Tri b⁹ magis in regiõe oriẽtis ſtella noue clari tatis apparuit:q̃ illuſtrior ceteris:pulchrior qꝫ ſiderib⁹:i ſe tuẽtiũ oculos aíoſqꝫ ꝯuerte ret:vt ꝯfeſtiꝫ aduerteret nõ eẽ ocioſuꝫ:ꝙ tã iſolitũ videbaꝭ.Quito ſignificatiõe:vt dic̄ Albert⁹ differebat:qm̃ alie ſtelle:q̃ faciles a mathematicis dicunꝭ:ñ ſole ſignificãt:ſed collectis oib⁹:q̃ ſunt i pyodi ꝑtib⁹:⁊ ſtellis. hec aũt ſola oñdit glorie xp̃i ſignificatiõeꝫ:eo ꝙ ille venerat i cui⁹ diſpõe:⁊ ꝓuidẽtia oia ſũt:ſtelle:ſigna:⁊ diſpões. C Ad rões i op po.Ad ꝑmã rñdeꝭ negãdo ꝯñaꝫ:⁊ rõ ẽ:q2

in ſacra ſcriptura celũ qñqꝫ dicitur aer: ſm
illud Pſal. Volucres celi ⁊ piſces maris:
⁊ ita ſumitur in dicto Augu. ¶ Ad ſecun-
dá rñdetur negãdo ꝯñam. Et rõ eſt: q: ipſi
celeſtes angeli: ex ſuo officio habent: vt ad
nos deſcendant: in miſteriũ miſſi. Sed ſtel
le celeſtes ſuũ ſitũ nõ mutãt: Vñ nõ eſt ſimi
lis rõ. ¶ Ad tertiã rñdetur negãdo aſſum
ptũ: q: ſicut nec iſta ſtella fuit ſita in celo: ita
nec fuit cometa: quia cometa eſt ſicut facu-
la ardens: ⁊ nõ diu ſtat: Item vt dictum eſt
illa ſtella nec ſtabat ſita in orbe: nec in ſupre
ma aeris parte: vbi generãtur comete: ſed
erat in ꝓpinqua aeris parte. Preterea nec
ſequebatur motuꝫ ſtellaꝝ cometaꝝ: Unde
manifeſte differebat ab eis.

AD tertiam. q. qua queritur
vtrum magi cõuenient̃ ve
nerũt ad xpm adorãduꝫ: ⁊
venerandũ ſic ꝓceditur. Et
videtur ꝙ non. ¶ Primo
ſic: Unicuiqꝫ regi reueren-
tia debetur a ſuis ſubditis. Magi eniꝫ nõ
erant de regno iudeoꝝ: ergo cum ex viſiõe
ſtelle cognouerũt natũ eſſe regem iudeorũ:
videtur ꝙ incõuenienter venerũt ad eum
adorandũ. ¶ Secũdo ſic: Stultuꝫ eſt viuen
te rege aliquo: extraneũ regem annũciare.
Sed in regno iudee regnabat herodes: er
go ſtulte fecerũt magi alterius regis natiui
tatem annũciare. ¶ Tertio ſic: Certius eſt
celeſte indicium: qꝫ humanũ. Sꝫ magi du-
catu celeſtis indicij: ab oriente venerũt i iu
deam: ergo ſtulte egerũt ꝑter ducatum ſtel
le humanũ indiciũ requirẽdo: dicẽtes vbi
eſt q natus eſt rex iudeoꝝ? ¶ Quarto mu
neruꝫ oblatio: ⁊ adoratiõis reuerentia non
debetur: niſi regibus iam regnãtibus. Sed
magi non inuenerunt xpm regia dignitate
fulgentem: ergo inconuenient̃ ei munera ⁊
reuerentiã exhibuerũt. ¶ In oppoſitũ eſt
euãgeliũ pñs. Rñdeo dicendũ: ſub iſta cõ
cluſione: ꝙ magi cõuenienter: ⁊ ſapiẽter ve
nerũt ad xpm adorãdum: ⁊ venerãdũ. Iſta
cõcluſio habetur ꝑmo ex illo yſa. lx. Ambu
labũt gẽtes in lumine tuo: ⁊ reges in ſplen-
dore ortus tui: Sed qui diuino lumine du-
cunt̃. nõ errãt: ergo magi abſqꝫ errore: xpo
reuerentiã exhibuerũt. Secũdo ſic: ſicut di
ctũ eſt. Magi primicie ſunt gentiuꝫ in xpo
credentiũ: in quibus apparuit: ſicut in quo
dã ꝑſagio: fides ⁊ deuotio gentiũ veniẽtiũ
a remotis ad xpm. Et ide c ſicut fides ⁊ de
uotio gentiũ eſt abſqꝫ errore: per iſpiratio
nẽ ſpũs ſancti: ita ⁊ credẽdũ eſt: Magos a
ſpiritu ſctõ inſpiratos: ſapiẽter xpo reuerẽ
tiã exhibuiſſe. ¶ Ad rõnes in oppoſitum:
¶ Ad ꝑmã rñdetur negãdo ꝯñam: Et rõ
eſt: q: lꝫ magi nõ eſſent de regno iudeoruꝫ:
erãt tñ ſubditi eius: quẽ adorare venerũt:
q: cognoſcebãt eũ verũ deũ eoꝝ ẽe: cui oẽ
genu flectẽdũ erat. Vñ beatus Auguſti. in
quodaꝫ ſermone epiphanie ita dicit. Nun
qꝫ hũc magi tam deuote requirerẽt: tanto
pietatis affectu deſiderarẽt: niſi eũ cogno
ſcerẽt regẽ: qui rex etiã eſt ſeculoꝝ. Itẽ idẽ
in alio ſermõe Deniqꝫ cũ tã multi iam nati
atqꝫ defuncti eſſent reges iudeoruꝫ: nunqꝫ
quemqꝫ illoꝝ adorandũ magi queſierunt:
ratio: q: nec quenqꝫ eorũ celo loquentẽ di-
dicerũt. ¶ Ad ſecũdã rñdetur: ꝙ non fuit
ſtulticia: ꝙ magi fecerunt: tũ quia herodes
nõ erat rex naturalis iudee: ſed alienigena:
Sꝫ xps. Vñ nõ annũciabãt regẽ extraneũ.
Vñ in hoc nõ ſtulticiã: ſꝫ oñderũt firmitatẽ
nobis: ⁊ ꝯſtãtiam fidei ſue in xpo: adiplen-
tes illud: Nolite timere eos q occidũt cor-
pus: in quo intrepida annũciatiõe ꝑfigura
batur ꝯſtãtia gẽtiũ. xpm vſqꝫ ad morteꝫ cõ
fitentiũ. Vñ Criſo. dicit ſuper Mat. Duꝫ
cõſiderabant regẽ futurũ: nõ timebãt regeꝫ
pñtem: adhuc nõ viderũt xpm ⁊ iaꝫ parati
erant ꝓ eo mori. ¶ Ad tertiaꝫ rñdetur ne
gãdo ꝯñam: Et rõ eſt: q: hoc diuina diſpoſi
tione factũ eſt. Vñ Auguſt. in ſermone quo
dã epiphanie. Stella: q̃ magos perduxit ad
locũ: vbi erat cũ matre virgine deus iſans
poterat eos perducere ad ipſius ciuitatem
Bethleem: in qua natus eſt xps: ſꝫ tñ ſub-
traxit ſe donec de ciuitate: in qua xps naſce

retur:ipſi etiam iudei interrogarētur:ꝛ ipſi etiā ſm diuine ſcripture teſtimoniū nominarent:vt ſic geminato teſtimonio cōfirmarentur. Itē Leo papa' dicit. Ut ardentiori fide expeterēt quā ꝛ ſtelle claritas ꝛ ꝓphetie manifeſtabat auctoritas. ¶ Ad quartā rn̄detur:ꝙ rō militaret:ſi magi regē terrenū q̄rentes veniſſent qd̄ nō fecerūt:qa vt dicit Criſo. ſuper Mat. ſi ſic fuiſſent confuſi:q2 tanti itineris laborem ſine cauſa ſuſcepiſſent. Uñ nec adoraſſent:nec munera obtuliſſent. Nūc aūt q2 regē celeſtē querebāt etſi nihil regalis excellentie in eo viderunt: tū ſolius ſtelle teſtimonio contenti adorauerunt. Uiderūt eni3 hoiem:ꝛ cognoſcūt deū ꝛ offerūt munera:dignitati xp̄i cōgruētia: aurū quidē quaſi regi magno. thus qd̄ in dei ſacrificio ponitur immolant:vt deo mirrha:qua mortuoꝝ corpora cōdiuntur:ꝓbetur tanq̄ pro ſalute omnium morituro.

¶ In dn̄ica infra octauas Epiphanie:eſt euangeliū: In illo tp̄e Cum factus eſſet Jeſus annorum duodecim Luce. ij. Circa qd̄ pn̄t diſputari ſequentes queſtiones.

¶ Primo vtrum xp̄s ſm aliquam ſapientiam ſiue ſcientiam profecerit.

¶ Secundo vtrū xp̄s in gratia ꝓfecerit.

¶ Tertio vtrum xp̄s aliquid ab hominibus didicerit.

AD p̄mā q. qua q̄ritur vtrū xp̄s ſm aliquam ſapientiam ſiue ſciētiā ꝓfecerit ſic proceditur Et videt ꝙ nō. ¶ Primo ſic: Sicut eni3 ſm ſciētiā beatitudinis vel ſm ſcientiam infuſā xp̄s cognouit oīa:ita ſm ſcientiam acquiſitam Sed ſm illas ſcientias non profecit:Ergo nec ſm acq̄ſitā ꝛ per conſequēs ſm nullā. ¶ Secūdo ſic: Proficere eſt imperfecti:q2 perfectum additionē nō recipit. S3 in xp̄o nō eſt ponere ſcientiā imperfectam:Ergo ſm nullam ſcientiam dicendus eſt profeciſſe. ¶ Tertio Damaſcenus dicit:ꝙ q dicūt xp̄m ſapiētia ꝛ gratia proficere:vt additamentū ſenſus ſuſcipiētē:nō venerātur vnionem. Sed nō venerari vnionē eſt impium ergo impiū eſt dicere:ꝙ in ſcientia ſiue ſapiētia profecerit. ¶ In oppoſitū eſt euāgeliū pn̄s: vbi dicitur Lu. ij. ꝙ Jeſus proficiebat ſapientia ꝛ etate. Rn̄deo dicendū ſub tribus cōcluſionibus. Prima eſt:ꝙ in xp̄o dicūtur fuiſſe quatuor ſciētie. Prima ē diuina ꝛ increata De iſta patet:quia cum in xp̄o ponātur due nature perfecte: ſm vnā quāq3 in eo eſt ponēda ſapientia:ſiue ſcientia. ſ. diuina increata. ꝛ humana creata. Uñ in ſexta ſynodo condēnata eſt poſitio negātiū:in xp̄o duas eſſe ſciētias:ſiue duas ſapientias. Scd̄a ſciētia que in xp̄o ponitur: eſt ſciētia beatoꝝ. Fuit enim ſimul viator ꝛ cōprehenſor. Tertia ſcientia fuit in eo indita:ſiue infuſa:inquantū ꝑ verbū dei:anime xp̄i ſibi perſonaliter vnite:impreſſe ſunt ſpēs itelligibiles ad omnia:ad q̄ eſt interius poſſibilis in potentia:ſicut etiam impreſſe ſunt per verbū dei ſpecies itelligibiles mēti angelice in p̄ncipio creatiōis:vt dicit Auguſt. Uñ Colo. ij. dicitur In xp̄o ſunt oēs theſauri ſapiētie ꝛ ſciētie abſconditi. Quarta ſciētia dr̄ expimētalis:ſiue acq̄ſita:de q̄ dicitur ad Hebre. v. Quū eſſet filius dei: didicit ex his:que paſſus ē obediētiā:glo. i. expert⁹ eſt. Fuit ergo in eo aliq̄ experimentalis ſciētia:q̄ eſt ſciētia acquiſita. Secunda cōcluſio. xp̄s ſm tres p̄mas ſciētias nō profecit. Iſta ↄcluſio p3:p̄mo de diuina ſciētia q2 iſta augeri nō pōt. Idē de ſciētia beatifica:q̄ etiā augeri nō pōt. Idē de ſcientia iſuſa:q2 a p̄ncipio ↄceptionis plenarie:fuit in eo oīs ſciētia iſuſa. Tertia ↄcluſio iuxta ſanctū Tho. in tertia parte Scientia acquiſita fuit in xp̄o augmētata:nō mō ſm experientiā:ſed ſm eſſentiā ſuā. Quidā eni ponūt:ſicut etiā ſctūs Tho. in q̄rto ſcript o ponit:ꝙ ſolū ſm experiētiā. i. per ↄuerſionē ſpecierū intelligibiliū inditaꝝ ad fantaſmata:et ſm hoc dicūt ꝙ ſciētia xp̄i profecit ſm experiētiā:cōuertēdo. ſ. ſpēs intelligibiles iditas ad ea:que de nouo per ſenſum accepit: Sed quia incōueniēs videtur ꝙ aliqua na

naturalis actio intellectualis xp̄o deceēt:cū
extrahere ſpecies intelligibiles a fantaſma
tibus ſit quedā actio naturalis hoīs:ſm in
tellectū agentē:couenieus videtur:hāc etiā
actionez in xp̄o ponere. Et ex hoc ſequitur
q̄ in anima xp̄i:aliq̄s ſcientie habitus fuit:
qui per hmōi abſtractionez ſpecierū potue
rit augmentari:ex hoc.ſ.q̄ intellect⁹ agens
poſt p̄mas ſpēs intelligibiles abſtractas a
fantaſmatibus:poterat etiā alias abſtrahe-
re. ¶ Ad rōnes in oppoſitum. ¶ Ad pri-
mam rn̄detur negando ↄn̄am: Et rō eſt:qa
nō eſt ſimile de p̄mis ſciētijs:⁊ de acq̄ſitis:
q: taz ſcientia infuſa aīe xp̄i:q̄z ſcientia bea
tifica fuit effectus agentis infinite virtutis:
q̄ pōt totū ſimul operari. Vn̄ in neutra ſci
entia xp̄s ꝓfecit:ſed a p̄ncipio habuit eam
perfectā. Sz ſcientia acq̄ſita eſt tm̄ ab intel
lectu agente:q̄ nō totū ſimul opatur ſed ſuc
ceſſiue. Et ideo ſm hāc ſcientiam xp̄s nō a
p̄ncipio ſanctificauit oīa:ſ; paulatiz:⁊ poſt
aliquod tp̄s.ſ.i. ꝑfecta etate:⁊ ſic aſſumptū
nō eſt verꝝ:q̄ pz ex hoc: q̄ euāgeliſta ibi ſi
mul dicit eū ꝓfeciſſe ſciētiā ⁊ etate. ¶ Ad
ſcd̄am rn̄detur negādo ↄn̄am: Et rō eſt:qa
lz ſcientia acq̄ſita:in xp̄o fuerit ſemper per
fecta:ſm tp̄s:nō tn̄ perfecta fuit ſm naturā
Et ideo potuit habere augmentum. ¶ Ad
tertiā dicendū:q̄ verbū Damaſ.intelligen
dū eſt:quātuz ad illos:q̄ dicunt ſimplicit̄ fa
ctā fuiſſe additionez ſcīe xp̄i:ſm quācunq̄z
ſciam:⁊ p̄cipue ifuſaz:q̄ cātur i aīa xp̄i:⁊ ex
vniōe ad v̄bū. Nō aūt intelligit̄ de augmē
to ſciētie:q̄ ex nāli agente intellectu cauſat̄.

A D ſecundaz.q.qua queritur
vtꝝ xp̄s in gratia profecerit
ſic ꝓceditur: Et videtur q̄
ſic. ¶ Primo ex p̄nti euāge
lio:in quo dr̄:q̄ xp̄s ꝓficie-
bat ſapientia etate ⁊ gratia. ¶ Secūdo ſic:
Omni eniz finito pōt fieri additio: Sz gra
tia xp̄i finita fuit cū eſſet creata:Ergo po-
tuit augeri:⁊ xp̄s in ea ꝓficere. ¶ Tertio
ſic: Quātūcunq̄z additur intellectuali natu
re de perfectione:tāto magis augetur eius
capacitas:vt colligi vr̄ ex tertio de aīa: Sz
capacitas amplioris grē facit poſſibilitatez
ad augmentū:⁊ ita videtur q̄ xp̄s ꝓficere
potuit in gratia. ¶ In oppo. eſt illud Jo.i.
Vidimus eū q̄ſi vnigenitū a patre: plenuz
gratie ⁊ veritatꝭ. Sed nihil pōt eſſe aut in-
telligi magis plenuz gratie:q̄z q̄ aliquis ſit
vnigenitus a patre:ergo nō pōt eē nec etiā
intelligi maior grā:q̄ xp̄s fuit plenus. Rn̄-
deo dicendū:q̄ xp̄s nō profecit in grā:ita
q̄ ei⁹ gratia in ſe augmētū ſuſciperet. Iſta
ↄcluſio ſic declarat̄ ⁊ probat̄ iuxta ſanctū
Tho. Aliquā formā nō poſſe augeri ↄtin
git dupliciter: Vno mō ex pte ſubiecti. Alio-
mō ex parte illi⁹ forme. Ex parte qdē ſub-
iecti:qn̄ ſubiectū attingit ad vltimū:in par
ticipatiōe illi⁹ forme:ſm ſuū modū:ſicut ſi
dicat̄:q̄ aer nō pōt creſcere i caliditate:qn̄
pertingit ad vltimū gradū caloris:q̄ poteſt
ſaluari in natura aeris:lz poſſet eſſe maior
calor in reꝝ natura:ſicut eſt calor ignis. Ex
pte aūt forme excludit̄ poſſibilitas augmē-
ti:qn̄ aliqd̄ ſubiectū attingit ad vltimā per
fectionē:q̄ pōt talis forma haberi:ſicut ſi di
camus:q̄ calor ignis nō pōt augeri:q: non
pōt eſſe perfectior grad⁹ caloris: q̄z ille ad
quē pertingit ignis. Sicut aūt aliaꝝ forma
rū eſt:ex diuina ſapiētia determinata ꝓpria
mēſura:ita ⁊ gratie ſz illud Sapie.xi. Oīa
in numero ⁊ pōdere ⁊ mēſura diſpoſuiſti:
Mēſura aūt vniuſcuiuſq̄z forme ꝑficitur
per ↄparationē ad ſuū finē:ſicut nō ē ma-
ior grauitas q̄z grauitas terre:q: non pōt
eſſe inferior locus loco terre. Finis aūt grē
eſt vnio creature rōnalis ad deū:q̄z que eſt
in perſona: Et iō gratia xp̄i pertingit vſq̄z
ad ſummā mēſurā gratie: Sic ergo manife
ſtū eſt q̄ grā xp̄i nō potuerit augeri ex pte
ipſius gratie:ſed nec etiā ipſius ſubiecti:qa
xp̄s ſm q̄ hō a primo inſtanti ſue ↄceptio
nis fuit verus:⁊ plenus ↄprehenſor: Vn-
de in eo nō potuit eſſe gratia augmētatiua
ſicut nec in alijs beatis:quoꝝ gratia augeri
nō pōt:eo q̄ ſunt in termino. Hoīum vero
qui ſunt puri viatores:gratia pōt augeri:et

ex parte foꝛme:q: nō attingit ſummū gratie
gradū:⁊ ex parte ſubiecti:q: nōduʒ perue-
nerūt ad terminū. ¶ Ad rōnes in oppoſi-
tū: ¶ Ad primā de pꝛeſenti euāgelio rn̄de
tur: iuxta ſanctū Tho. ꝙ in ſapiētia ⁊ gra-
tia aliqs pōt ꝓficere dupliciť. Uno mō ſʒ
ipſos habitus augmētatos:⁊ ſic xp̄s in eis
nō pꝛoficiebat:q: in eo nō fuit reale gr̄e au
gmētū:q: totā plenitudinem gratie habuit
ab initio ſue cōceptionis. Alio mō ſm̄ effe
ctus:ſiue ſm̄ oſ̄ſionē in effectu:inquātū.ſ.
aliqs ſapiētioꝛa ⁊ virtuoſa opera facit:⁊ ſic
xp̄s pꝛoficiebat ſapientia ⁊ gratia:ſicut etiā
etate:quia ſm̄ ꝓceſſum etatis perfectioꝛa
opera faciebat:qn̄ volebat:vt ſe veruʒ ho-
minē demōſtraret:⁊ in ijs que ſunt ad deū.
i.ad gloꝛiā dei:⁊ in his que ſunt ad hoies.
i.ad ſalutē hoium. ¶ Ad ſecūdaʒ rn̄detur
ꝙ verū eſt:ꝙ cuilibet finito pōt fieri addi
tio mathe.loquendo:q: rō quātitatis quaʒ
ſolus mathematicus ꝯſiderat:nō pꝛohibet:
quin poſſit finito aliqd addi. Si vero loq̄-
mur de quātitate naturali:ſic nō eſt veruʒ:
q: repugnat foꝛme:cui debeť determinata
quātitas:ſicut ⁊ alia accidētia determinata.
Un̄ Philoſoph9 dicit.ij.de aia:ꝙ oiuʒ na
tura cōſtātiū eſt terminus:⁊ rō magnitudi
nis ⁊ augmēti. Et inde eſt ꝙ quātitati toti9
celi nō pōt fieri additio: Et multo magis in
ipſis foꝛmis conſiderať aliqs terminus:vl
tra quem nō tranſgrediūtur. Et ꝓpter hoc
nō opoꝛtuit:ꝙ gr̄e xp̄i poſſit fieri additio:
q̄uis ſit finita ſm̄ ſuā eſſentiaʒ:q: nec gr̄a
pōt eſſe maioꝛ:q̄ʒ cōpꝛehenſoꝛis:nec gloꝛia
minoꝛ:q̄ʒ creature deo in perſona vnite.

AD tertiā.q.qua q̄ritur vtrū
xp̄s aliquid ab hoibus didi
cerit ſic ꝓceditur. Et videtur
ꝙ ſic. ¶ Pꝛimo ex euāgelio
pꝛſenti vbi dicitur:ꝙ inuene-
runt eū in templo in medio doctoꝝ:inter-
rogantē illos:⁊ rn̄dentē. Interrogare ve-
ro ⁊ rn̄dere eſt adiſcentis:ergo videtur ꝙ
xp̄s aliqd ab hoibus didicit. ¶ Scd̄o ſic:
Acq̄rere ſcientiam ab hoie docente:videť
eſſe nobilius:q̄ʒ acquirere a ſenſibilibus:
q: in aia hois docentis ſunt ſpēs intelligibi
les in actu. In rebus aūt ſenſibilibus ſunt
ſpēs intelligibiles ſolū in potētia. Sed xp̄s
accipiebat ſcientiā experimētalē ex rebus
ſenſibilibus:vt habitū eſt in ꝑma.q. Ergo
multo magis poterat accipere ſciētiam adi
ſcendo ab hoibus. ¶ Tertio ſic: Chriſtus
ſm̄ ſcientiā experimētaleʒ a pꝛincipio non
oia ſciuit:ſed in ea pꝛofecit:ſicut dicitur in
hoc euāgelio. Sed quilibet audiēs ſermo-
neʒ ſignificatiuuʒ alicuius:pōt adiſcere:qđ
neſcit:ergo xp̄s potuit ab hoibus aliq̄ adi
ſcere:q̄ ſm̄ hāc ſciētiā neſciebat. ¶ Quar
to ſic:xp̄s ſʒ hāc ſciētiā aliqd didicit ab an
gelis. Ergo pari rōne potuit adiſcere aliqd
a doctis hoib9 Aſſumptū ꝓbať:tū q: dicit
Diony.iiij.celeſtis Jerarchie. Per ange-
los videmus eū ſub paternis legibus oꝛdi
natum. Sed quod oꝛdinať aliquid ab oꝛdi
nante accepit:ergo xp̄s aliquid eruditiōis
ab angelis ſuſcepit. ¶ In oppoſitū ē illud
yſa.lv. Ecce teſtē populis dedi eū duceʒ ac
ꝑceptoꝛeʒ gentibus. Pꝛeceptoꝛis autē nō
eſt doceri ſed docere: Ergo xp̄s non acce-
pit aliquā ſcientiaʒ per doctrinam alicuius
alterius hois: Rn̄deo dicendū ſub duab9
concluſiōibus. Pꝛima eſt ꝙ xp̄s nō didicit
aliquid ab hoibus. Iſta cōcluſio pꝛobatur
ſic: In quolibet genere id qđ eſt pꝛimū mo
uens:nō mouetur ſm̄ illam ſpeciem motus
ſicut pꝛimū alterans nō alteratur. xp̄s autē
cōſtitut9 ē caput eccleſie: ſm̄ illud ad Ephe:
i. Ipſum dedit deus caput ſuper omneʒ ec
cleſiam:vt non ſolum per ipſuʒ omnes ho
mines gratiam acciperent: ſm̄ illud Jo.i.
De plenitudine eius omnes accepimus:ſʒ
etiam vt omnes ab eo doctrinaʒ veritatis
reciperent. Unde ipſe dicit Joan.xviij. In
hoc natus ſum:et ad hoc veni in mundum
vt teſtimonium perhibeam veritati. Et iō
non fuit conueniens ei9 dignitati:vt a quo
cunq; hoie doceret. Secūda ꝯcluſio. Chri
ſtus nihil didicit ab angelis. Iſta cōcluſio
pʒ:q: ſupioꝛis nō eſt ab inferioꝛi recipere:

Sꝫ xp̄s etiã ſm humanã naturã angelis ſu
perioꝛ fuit:⁊ caput:ſm illud Colo.ij.Qui
eſt caput oĩs ꝑncipatus:⁊ ptãtis. Ergo ab
eis nihil recepit.Jtẽ dicit Diony.vij.c.ce-
leſtis Jerarchie ꝙ ſupꝛemi angeli ad ipſuꝫ
Jeſuꝫ queſtionẽ faciũt:⁊ ipſius diuine ope
rationis pꝛo nobis ſciẽtiã diſcũt.Sed nõ ẽ
eiuſdẽ docere ⁊ doceri.Ergo xp̄s nõ acce-
pit ſciẽtiã ab angelis.¶ Ad rõẽs in oppoſi
tũ.¶ Ad ꝑmã rñdeᵮ negãdo ꝯñaꝫ.Et rõ ẽ
q:ſicut Oꝛigeñ dicit ſup Lucã Dñs inter-
rogat:nõ vt aliquid diſceret:ſed vt interro
gãs erudiret.Ex vno qppe fonte doctrine
manat ⁊ ĩterrogare ⁊ rñdere ſapiẽter.Vñ
ibidẽ in euãgelio ſequitur:ꝙ ſtupebãt oẽs
qui eũ audiebãt ſup pꝛudẽtia ⁊ rñſis eiꝰ.Et
vidẽtes mirati ſunt.Quia eniꝫ idẽ v̄us d̄s
hõ ⁊ verus erat deus:ad oſtẽdendũ ꝙ hõ
erat:hoĩes magiſtros audiebat:ad pꝛoban
dũ ꝙ deus erat ijſdẽ loquentibꝰ ſublimiter
rñdebat.¶ Ad ſc̄dam rñdetur negãdo cõ
ſequẽtiam.Et rõ eſt:q: ille q adiſcit ab hoĩe
nõ accipit ĩmediate ſciẽtiã a ſpeciebus ĩtel
ligibilibus:q̄ ſunt in mẽte ipſius:ſed mediã
tibus ſenſibilibus vocibus:tanq̃ꝫ ſignis in
tellectualiũ conceptionuꝫ. Sicut aũt voces
ab hoĩe foꝛmate ſunt ſigna intellectualis ſci
entie ipſius ita creature a deo cõdite ſunt
ſigna ſapiẽtie eiꝰ.Vñ Eccleſiaſt.i.dicitur ꝙ
deus effudit ſapiẽtiã ſuã ſup oĩa opera ſua
Sicut ergo dignius ẽ edoceri a deo:q̃ꝫ ab
hoĩe:ita dignius eſt accipere ſcientiã ꝑ ſen
ſibiles creaturas:q̃ꝫ per hoĩes doctrinam.
¶ Ad tertiã rñdetur negãdo ꝯñam.Et rõ
eſt:quia cũ duplex ſit modus acq̄rendi ſciẽ-
tiã.ſ.inueniẽdo ⁊ adiſcendo:Modus q̄ eſt
per inuentionẽ:eſt pꝛecipuus modus.Mo
dus autem qui eſt per diſciplinam eſt ſecũ
darius.Vñ dicitur ꝑmo Ethi. Jlle quideꝫ
eſt optimus:qui omnia per ſeipſum intelli-
git.Bonꝰ autẽ ille qui benedicẽti obediat.
Et ideo xp̄o magis cõpetebat habere ſcien
tiã acquiſitam per inuentionẽ:q̃ꝫ per diſci-
plinã:pꝛeſertim cũ ipſe dareᵮ a deo oĩbus
in doctoꝛẽ ſm illud Joel.ij.Letamini in do
mino deo veſtro:qui dedit vobis doctoꝛeꝫ
iuſticie.¶ Ad quartã rñdetur negãdo aſ-
ſumptũ:⁊ ꝯñam.Ad pꝛobationẽ aſſumpti
rñdetur:ꝙ ſicut ipſemet Diony.ſe ibidem
exponit:ꝙ xp̄s dicitur per angelos oꝛdina
tus:nõ ꝙ ipſe illuminationẽ ab eis accepe
rit:ſed ꝙ de ijs q̄ ad xp̄m pertinebãt:circa
ipſum gerenda per angelos:alij inſtruebã-
tur.Sicut Joſeph de fuga in egyptũ:⁊ de
reditu de egypto:ſicut patet Mat.ij. Jpſe
enim per ſe in ijs inſtruere nolebat:vt exte
rius ab alijs pueris nõ differret:⁊ veteri-
tas nature aſſumpte pꝛobaretur.

¶ Jn octauis Epiphanie pñt diſputari ſe.
queſtiones.

¶ Pꝛimo vtrum Jo.teſtimonium reddẽs
de xp̄o cõuenienᵗ dixit.Ecce agnus dei ⁊c̄.
Jn quo innuit ꝙ paſſio xp̄i ſit operata hu
mani generis ſalutẽ:per modum ſacrificij.

¶ Secũdo vtrum conuenientius noĩauit
xp̄m agnum dei:q̃ꝫ aliquod aliud animal ſo
litum ſacrificari.

¶ Tertio vtrum xp̄s ꝑncipalius paſſus ẽ
pꝛo deletione peccati oꝛiginalis:q̃ꝫ actua-
lium peccatoꝛum.

AD pꝛimã.q.qua q̃ritur vtrũ
Jo.teſtimonium reddens de
xp̄o conuenienter dixit Ecce
agnꝰ dei:q tollit peccata mũ
di.vbi innuit ꝙ paſſio xp̄i ſit
oꝑata ſalutẽ humani generis ꝑ modũ ſacri
ficij:ſic ꝓcediᵗ:⁊ vr̄ ꝙ ñ.¶ Pꝛimo ſic:ve
ritas dꝫ rñdere figure.Sꝫ in ſacrificio ve-
teris legis:q̄ erãt figure xp̄i:nunq̃ꝫ offere
baᵗ caro humana:imo hec ſacrificia nepha
ria hẽbãtur:ergo vr̄ ꝙ paſſio xp̄i ſacrificiũ
dici nõ poſſit.¶ Sc̄do ſic:dicit Augu.x.de
trini.ꝙ ſacrificiũ viſibile inuiſibilis ſacrificij
ẽ ſacramẽtũ.i.ſacrũ ſignũ.Sꝫ paſſio xp̄i ñ
ẽ ſignũ:ſꝫ magis ſignatũ ꝑ alia ſigna:ergo
videᵗ ꝙ paſſio xp̄i nõ ſit ſacrificiũ.¶ Ter
tio Quicũqꝫ offert ſacrificiũ:aliq̇ ſacrum
facit:vt ipſum nomẽ ſacrificij demonſtrat:
Jlli autẽ qui xp̄m occiderũt nõ fecerunt al
quod ſacrum:ſed magnã malitiã ꝑpetrarũt

Ergo paſſio xpi magis fuit maleficium: q̄ʒ
ſacrificium. ¶ In oppoſitum ē euangeliuʒ
pſens: cū beatus Jo. teſtimonium reddens
de xpo dicit Ecce agnus dei. ſ. immolādus:
qui tollit peccata mundi: ergo paſſio xpi p
modum ſacrificij ſaluté operata ē. ¶ Rñ-
deo dicendum ſub iſta concluſione: q̄ chri-
ſti paſſio operata eſt ſalutem humani gene
ris per modum ſacrificij. Iſta concluſio pʒ
auctoritate: ⁊ ratione. Auctoritate ſic. Dicit
Apoſtolus ad Ephe. v. De xpo Tradidit
ſemetipſum ꝑ nobis: oblationē ⁊ hoſtiam
deo in odorem ſuauitatis. Ratione ſic: Sa
crificium dicit̄ ꝓprie aliquod factum in ho
norem ꝓprie deo debitum: ad eum placan-
dū: ⁊ inde vt Auguſtinus dicit In. x. de tri-
ni. Dei verum ſacrificium eſt omne opus:
quod agitur: vt ſancta ſocietate deo inhe-
reamus: relatū. ſ. ad illum finem boni: quo
veraciter beati eſſe poſſimus. Sed xps ſe
metipſum obtulit in paſſione pro nobis: et
hocipſum opus. ſ. q̄ voluntarie paſſioneʒ
ſuſtinuit: fuit deo maxime acceptum: vtpote
ex caritate ꝓueniens. Ergo manifeſtū ē: q̄
paſſio xpi fuit verū ſacrificium: per qd ip-
ſe xps vnus veruſqʒ mediator: nos deo re
conciliauit. ¶ Ad rationes in oppoſitum.
¶ Ad primam reſpondet̄ negando conſe
quentiam. ⁊ ratio eſt: quia licet veritas rñ-
deat figure: quo ad aliquid: nō tamē quan-
tum ad omnia: quia oportet q̄ veritas figu
ram excedat: ⁊ ideo cōuenienter figura hu-
ius ſacrificij: quod offertur pro nobis: non
fuit caro hominū ſed animalium ſignifican
tium carnem xpi: que eſt perfectiſſimuʒ ſa-
cramentum. Primo quidem: quia ex eo q̄
eſt humane nature caro: cōgrue pro omni-
bus hominibus offertur: ⁊ ab eis ſumitur
ſub ſacramento. Secūdo: ex eo q̄ erat paſ-
ſibilis ⁊ mortalis: apta erat imolatiōi. Ter-
tio: quia ex hoc q̄ erat ſine peccato: efficax
erat ad emundanda peccata. Quarto: quia
ex eo q̄ erat caro ipſiꝰ offerentis: erat deo
accepta: ꝑpter caritatem: ſuam carnem of-
ferentis. Unde Auguſtinus dicit in quar-
to de trini. Quis tam congruenter ab ho-
minibus ſumeretur: q̄ ꝑ eis offerretur: q̄ʒ
humana caro? Et quid tam aptum huic im
molationi: q̄ʒ caro mortalis? Et quid tā mū
dum pro mūdandis vitijs mortalium: q̄ʒ ſi
ne cōtagione carnalis concupiſcentie: caro
nata in vtero ⁊ ex vtero virginali. Et qd tā
grate offerri ⁊ ſuſcipi poſſit: q̄ʒ caro ſacrifi
cij noſtri: corpus effectuʒ ſacerdotis noſtri.
¶ Ad ſecundam reſpondetur negando cō
ſequentiam: ⁊ ratio ē duplex. Prima quia
Augu. ibi de ſacrificijs viſibilibus figura-
bilibus. Secunda eſt: quia paſſio xpi licet
ſit aliquid ſignatum per alia ſacrificia: ē ta-
men ſignuʒ alicuius rei obſeruāde a nobis
ſm illud. i. Petri. iiij. Chriſto igitur paſſo
in carne: ⁊ vos eadem cogitatione armami
ni: quia qui paſſus eſt in carne: deſijt a pec-
catis: vt iam non hominum deſiderijs: ſed
voluntate dei quod reliquum eſt in carne:
tunc iuuat ipſis. ¶ Ad tertiam reſpōdetur
negando conſequentiam: ⁊ ratio eſt: tum q̄:
licet paſſio xpi ex parte occidentiuʒ fuit ma
leficium: ex parte tamen ipſius xpi ex cari-
tate patientis: fuit ſacrificium: tuʒ quia hoc
ſacrificium xps obtuliſſe dicitur: non auteʒ
illi: qui eum occiderunt.

AD ſecundam. q. qua querit̄
vtrum Jo. cōuenienter ſpe-
cialiter nominauerit chriſtuʒ
agnuʒ dei: magis q̄ʒ aliquod
aliud aīal: ſolitum ſacrificari:
ſicut bos: vitulus: capra: turtur: colūba Rñ
deo: Ponit̄ ꝯcluſio rñſalis ſine argumētis p
cedentibus q̄ ſic. Et hoc multiplici de cau
ſa. ¶ Prima eſt: quia ſicut dicitur Nume
ri. xxiiij. Licet alia animalia fierent ſacrifi-
cia in templo certis temporibus: vnum ta-
men erat quotidianum: in quo iugiter vnꝰ
agnus de mane: ⁊ alius veſpere offereba-
tur: nec hoc mutabatur vnq̄ʒ: ſed tanq̄ʒ pn
cipale obſeruabatur: Alia vero ex adiūcto
Et ideo per agnum qui erat principale ſa-
crificium: ſignificatur xps: qui eſt principa-
le ſacrificium. Nam omnes ſancti: qui pro

fide xp̄i paſſi ſunt: ꝓſunt ad ſalutē fidelium Sed hoc nō habēt niſi inquātū ſup oblationē agni: q̄ſi oblatio adiūcta principali ſacrificio immolant̃: ⁊ hic offertur quidē mane: ⁊ veſpere quia per xp̄m patꝫ aditus: ad intelligentiā diuinoꝝ contēplādaꝫ: ⁊ fruendā: qd̄ pertinet ad cognitionē matutinaꝫ: ⁊ inſtruimur quō vtamur terrenis: abſq; inquinamēto peccati: qd̄ pertinet ad veſpertinā. ¶ Scd̄a ratio: eſt quia inter omnes figuras veteris teſtamenti: agnus paſchalis expreſſius figurabat paſſionē xp̄i: quia ille agnus erat ſine macula: ⁊ per eius imolationē filij Iſrael liberati ſunt a ſuitute egyptiaca. ſicut per paſſionē xp̄i qui peccatuꝫ nō fecit ſumus libertati a ſeruitute diaboli. Unde glo. interlinealis ſuper verbo Ecce agnus dei dicit. Innocens immolandus p̄ figuratus in agno paſchali. ¶ Tertia ratio: ꝓpt̃ mā ſuetudinē yſa. liij. Quaſi agn⁹ coraꝫ tondēte ſe obmuteſcet: ⁊ non aperiet os ſuū. ¶ Quarta ratio eſt: propter vtilitatem: quia lana ſue cōuerſationis per exemplum dat veſtimētū virtutis: ⁊ carnem in cibuꝫ nutrimēti ſpiritualis: ⁊ lac doctrine in potuꝫ paruulis: nondum ad cibum ſolitum p erfectis.

Ad tertiā. q. qua querit̃ vtrū xp̄s principalius paſſus eſt pro deletiōe peccati originalis: q̄ꝫ actualiū peccatoruꝫ: ſic ꝓceditur. ⁊ videtur ꝙ p̄ncipalius pro deletiōe actualiū. ¶ Primo ſic: Quāto eniꝫ peccatū eſt grauius: tanto magis humane ſaluti aduerſat̃: ꝓpter quā d̄s eſt incarnatus ⁊ paſſus. Sꝫ peccatū actuale eſt grauius: q̄ꝫ peccatum originale: minima eniꝫ pena deletur originale: vt dicit Auguſtinus cōtra Iulianū. Ergo p̄ncipali⁹ incarnatio xp̄i ⁊ paſſio ordinat̃ ad deletioneꝫ actualium. ¶ Scd̄o ſic. Peccato originali nō debetur pena ſenſus: ſed ſolum pena dāni: Sed xp̄s venit ꝓ ſatiſfactione peccatoꝝ penā ſenſus pati in cruce: nō aūt penā damni: q꞉ nullū defectum habuit diuine viſiōis aut fruitionis. Ergo principalius venit ad deletionē peccatorū actualiū: q̄ꝫ originalis. ¶ Tertio ſic: Dicit Apoſtolus ad Gala. iij. Dilexit me: ⁊ tradidit ſeipſum pro me: Sed propria peccata noſtra ſunt actualia: originale enim peccatū ē cōmune. Ergo videt̃ id quod prius. ¶ In oppoſitū eſt euāgeliū ꝓſens: cū ait ecce agn⁹ dei: ecce q tol. pctā: mūdi Ubi aliqui textus habēt peccatū. Unde dicit glo. Peccatū mūdi eſt originale: qd̄ eſt cōmune omniū. Rn̄deo dicēdū ſub duabus cōcluſionibus Prima ē ꝙ xp̄s venit in mūdū: nō ſolum ad delendum originale peccatū: ſed etiam ad deletionem omniū peccatoꝝ actualiū. Iſta cōcluſio pꝫ p̄mo per illud Oſee vltimo. Omnem aufert iniquitatē Et Colo. ij. Qui viuificabit nos: cum illo: donans nobis omnia delicta Quod vero nō omnia peccata deleant̃ in hominibus: ē propter defectū hominū: qui xp̄o nō adherēt: ſm illud Io. iij. Uenit lux in mundum: ⁊ dilexerūt hoīes magis tenebras: q̄ꝫ luceꝫ: xp̄s aūt qd̄ exhibuit. ſ. ſatiſfactioneꝫ paſſionis ſue ſufficiens fuit ad oīa peccata delenda. Secūda ꝯcluſio eſt: ꝙ p̄ncipalius xp̄s incarnatus ⁊ paſſus eſt ꝓ peccato originali: Pꝫ cōcluſio: quia tāto principalius ad alicuius peccati deletionē xp̄s venit: quāto illud peccatū eſt maius: Sꝫ peccatū originale: ꝑ qd̄ totū genus humanū inficit̃: eſt maius peccatū extēſiue quolibet peccato actuali: qd̄ ē propriū ſingularis pſone: ergo ad hoc tollendū: xp̄s principalius venit in mūdū: inquātū bonū gentis: diuinius eſt: q̄ꝫ bonū vnius: vt dicit̃. i. Ethy. ¶ Ad rōnes in oppoſitū. ¶ Ad p̄mā rn̄detur: ꝙ maius aliqd̄: dr̄ dupliciť: vno mō intēſiue: ſicut eſt maior albedo: que eſt intēſior. Et ꝑ hunc modū peccatuꝫ actuale: eſt maius: q̄ꝫ originale: q꞉ plus hꝫ de rōe voluntarij. Alio mō dicit̃ aliqd mai⁹ extēſiue: ſicut dicit̃ maior albedo: q̄ꝫ eſt ī maiori ſupficie: ⁊ ſic originale peccatū: per qd̄ totū gen⁹ humanūꝫ inficit̃: ē maius: ⁊ ſic argumentū illud ꝓcedit de intēſiua magnitudine. Et iō nō mili-

rat. ¶ Ad ſcđam r̃ñdetur negãdo ꝯñaȝ. Et
rõ eſt: q2 lȝ peccato originali in futura retri
butiõe nõ debeat̃ pena ſenſus: penalitates
tñ ſenſibiliter in hac vita patimur: ſicut fa-
mẽ: ſitim: morteȝ: ⁊ alia hmõi: q̃ ex peccato
originali ꝓcedũt. Et iõ xp̃s vt plene ꝓ pec
cato originali ſatiſfaceret: voluit ſenſibilem
dolorẽ pati: vt mortẽ: ⁊ alia hmõi in ſeipſo
cõſummaret. ¶ Ad tertiã r̃ñdet̃ negando
ꝯñam. Et ad dictũ apoſtoli r̃ñdet̃: ꝙ nõ eſt
ita intelligendũ: ꝙ voluerit minuere ampliſ
ſima: ⁊ ꝑ orbẽ diffuſa xp̃i munera: ꝙ pro ſe
ſolus xp̃us mortuus ſit: ſed vt pro oibus ſe
ſolũ iudicaret obnoxiuȝ. Et ideo nõ exclu-
dit̃: quia ṗncipalius venerit abolere pecca
tũ originale totius nature: q̃ȝ peccatuȝ vni
us perſone.

¶ In octauis Epiphanie ẜm eundẽ vſum
ṗdicatoꝝ legit̃ euãgeliũ de baptiſmo xp̃i. ſ.
In illo tp̃e venit ieſus a galilea ad iordanẽ
ad Ioãnẽ vt baptizaretur ab eo Mat. iij.
poſſunt diſputari ſequẽtes queſtiones.

¶ Primo vtꝝ ꝯueniẽs fuit xp̃ȝ baptizari.

¶ Scđo vtrũ ꝯuenient̃ ſuper xp̃m bapti-
zatum celi aperti ſunt: ⁊ ſp̃us ſcũs deſcẽdit
ſicut colũba: ⁊ vox p̃ris audita eſt.

Ad primã. q. qua q̃ritur vtꝝ
ꝯuenĩens fuit xp̃m baptizari
ſic ꝓceditur: ⁊ videt̃ ꝙ non.
¶ Primo ſic: Baptizari. n.
eſt ablui. Sȝ xp̃o nõ ꝯuenit
ablui: in quo nulla fuit impuritas: ergo vi-
detur ꝙ nõ fuit ꝯueniẽs ipſum baptizari.
¶ Scđo ſic: Primo mouẽs in quolibȝ ge
nere: ẽ immobile: ẜm illud motũ: ſicut celuȝ:
qđ ṗmũ alterãs nõ eſt alterabile. Sȝ xp̃s ẽ
ṗmũ baptizans: ẜm illud Io. i. Sup quẽ vi
deris ſp̃m deſcẽdentẽ: ⁊ manẽtẽ: hic ẽ qui
baptizat: ergo xp̃s ñ d̃buit baptizari. ¶ Ter
tio arguit̃ ſp̃aliter baptiſmo Io. ſic Baptiſ
mus Io. erat baptiſmus penitẽtie. Sȝ xp̃o
penitẽtia nõ ꝯuenit: q2 nullũ habuit pecca-
tũ: ergo vr̃: ꝙ nõ fuit ꝯueniẽs xp̃m bapti-
zari baptiſmo Io. ¶ In oppoſitũ ẽ euãge
liũ p̃ns. R̃ñdeo dicẽdũ ſub duabꝰ ꝯcluſio
nibus. Prima ẽ: ꝙ ꝯueniẽs fuit xp̃ȝ bapti
zari: ⁊ hoc ṗmo vt tactus ſue mundiſſime
carnis vim regeneratiuã conferret aquis.
Nã vt dr̃ de ꝯſe. di. iiij. Nunq̃ȝ aqua pec-
cata purgare poſſet: niſi ṗus tactu domini-
ci corporis fuiſſet ſanctificata. Vñ ait Am
bro ſuper Lu. Baptizatus eſt dñs: vt ſan-
ctificatas aq̃s poſtmodũ baptizãdis relinq̃
ret. Et ideȝ Chriſo. ⁊ Beda Dignatus eſt
lauari aq̃s Iordanicis: q̃ erat mũdus a ſor
dibus cũctis: vt ad diluendas noſtroꝝ ſor-
des ſcelerũ oium fluenta ſanctificaret aqua
ruȝ. Secũdo ſic: q2 vt dicit Auguſt. in ẜmo
ne de epiphania Voluit docere. qđ facien
dum omnibus imperauit: ⁊ hoc eſt: ꝙ ipſe
dicit ſic. Decet nos adimplere omnem iu-
ſticiã Ut enim Ambro. dicit ſuper Lucam
Hec eſt iuſticia vt qđ alteꝝ facere velles: ṗ
us ipſe incipias: ⁊ alios tuo horteris exem
plo. Tertia rõne proceditur ſic. xp̃s erat fi
nis veteris legis: ⁊ initium noue: ergo non
ſoluȝ debebat implere ea: que ſunt veteris
legis: ſed inchoare ea que ſunt noue. Et iõ
ſicut ꝯueniẽs fuit vt circũcideretur: ⁊ vt cir
cunciſionem ⁊ alia legalia finiret: ⁊ termi-
naret. Ita conueniens fuit vt baptizaretur:
vt legẽ nouã inchoaret. Secũda concluſio:
cõueniens fuit vt xp̃s baptiſmo Io. bapti-
zaretur. Iſta concluſio habetur ex euange
lio p̃ſenti. De hoc aſſignant̃ plures ratio-
nes. Primo ꝓpter conditionem baptiſmi
Io. qui non baptizauit ſpiritu: ſed ſolum in
aqua. xp̃s autem ſpirituali baptiſmate non
indigebat: qui a principio ſue conceptio-
nis gratia ſpiritus ſancti fuit repletus. Et
iſta eſt reſponſio Criſo. Secundo vt dicit
Beda vt baptiſmo ſuo baptiſmum Io. cõ
probaret. Tertio vt in baptiſmo miracula
oſtendens: euacuaret illorum errorem: qui
Io. chriſto maiorem dicebant. ¶ Ad ratio
nes in oppoſitum. ¶ Ad primam r̃ñdetur
negando ꝯñam: Et rõ eſt: q2 licet nõ fuit ba
ptizatꝰ vt ablueret̃: fuit tñ baptizatus alijs
rõnibus aſſignatis. ¶ Ad ſcđam r̃ñdetur
negãdo ꝯñaȝ: Et ad ꝓbationẽ r̃ñdet̃: ꝙ xp̃s

eſt p̄mum baptizans ſpūaliter: Et ſic nō eſt
baptizatus ſed in aqua ſolum. ℭ Ad tertiā
reſpondetur negando cōſequentiam. Et ra
tio eſt: quia cum xp̄s nihil recepit a ſacra-
mentis: baptiſmus Jo. non dicitur baptiſ-
mus penitentie: quo ad chriſtū: ſed quo ad
alios: qui ad penitentiam per ipſum prepa
rantur. Sicut etiam circunciſio xp̄i nō fuit
in remedium originalis peccati: a quo xp̄s
non immunis erat. tamen alijs in remediū.
Vel dicendum q̄ xp̄s hoc fecit: lȝ non indi
geret: vt efficacius induceret homines ad
baptiſmū: quo indigebant. Unde ambro.
ſup Lu. d. Nemo refugiat lauacrum gra-
tie: quando chriſtus lauacrum penitētie nō
refugit.

D ſecundā. q. qua querit̄ vtȝ
a conueniens fuit: q̄ ſuper xp̄m
baptizatum celi aperti ſint: ⁊ ſpi
ritus ſanctus deſcēderit: ⁊ vox
patris audita ſit. ſic proceditur. Et videtur
q̄ non. ℭ Primo de apertura celorum ar
arguitur ſic Apertio illa celorum: aut intel
ligitur corporaliter: aut ſpiritualiter. Sȝ nō
poteſt intelligi corporaliter: quia corpora ce
leſtia ſunt impaſſibilia: ⁊ infrangibilia Si-
militer non poteſt intelligi ſpiritualiter: q̄a
ante oculos filij dei celi antea clauſi nō fue
rant. Ergo inconuenienter videtur dici q̄
baptizato xp̄o aperti ſunt celi. ℭ Secundo
ſic de ſecundo. Chriſtus a principio ſue con
ceptionis habuit plenitudinem gratie: per
quā ſpiritus ſanctus habitat in homine: er
go non debuit ſpiritus ſanctus ad eum mit
ti in baptiſmo. ℭ Tertio de tertio ſic. Ho
mo xp̄s: non incepit eſſe filius in baptiſmo:
ſicut quidam heretici putauerūt. Sed a p̄n
cipio conceptionis fuit filius dei. Magis
ergo in natiuitate debuit vox patris prote
ſtari xp̄i diuinitatem: q̄ȝ in baptiſmo. ℭ In
oppoſitū enim eſt euangelium preſens. R̄n
deo dicendum ſub iſta concluſione: q̄ con-
ueniens fuit: q̄ xp̄o baptizato celi aperiren
tur: ſpiritus ſanctus deſcenderet: ⁊ vox pa
tris audiretur. Probatur iſta concluſio p̄
ſingula. Dicimus enim q̄ celi aperti ſunt
xp̄o baptizato: quia vt dictum eſt: chriſt⁹ ba
ptizari voluit: vt ſuo baptiſmo conſecraret
baptiſmū: quo nos baptizaremur. Et ideo
in baptiſmo xp̄i ea demonſtrari debuerūt:
que pertinent ad efficaciā noſtri baptiſmi:
circa quam ſunt tria conſideranda. Primo
quidē principalis virtus: ex qua baptiſm⁹
efficaciam habet: Que: quidem virtus eſt
celeſtis. Et ideo baptizato xp̄o apertum eſt
celum: vt oſtenderetur: q̄ de cetero celeſtis
virtus baptiſma conſecraret. Secūdo ope
ratur ad efficaciam baptiſmi fides eccleſie:
⁊ eius: qui baptizatur. Unde baptizati fidē
profitentur: ⁊ baptiſmus dicitur fidei ſacra
mētū Per fidem autē inſpicimus celeſtia:
que ſenſum ⁊ rationē humanam excedūt.
Et ad hoc ſignificandum: xp̄o baptizato ap
ti ſunt celi. Tertio quia per baptiſmum xp̄i:
ſpiritualiter aperitur nobis introitus regni
celeſtis: qui primo homini percluſus erat p̄
peccatum. Unde baptizato xp̄o: aperti ſunt
celi: vt oſtenderetur: q̄ baptizatis p̄ȝ via in
celum. ℭ Ad argumentum: quod fiebat in
oppoſitum: reſpondetur: q̄ illa apertio non
fuit corporalis: q̄ realiter celum fuiſſet diui
ſum: ſed videbatur aperiri: ſicut in coruſca
tione videntur aperiri: tantus enim ſplēdor
fulſit ſuper xp̄m baptizatum: vt viderentur
celi aperti: conſequenter patet concluſio de
conuenientia deſcenſus ſpiritus ſancti ſup
xp̄m baptizatum Dicimus enim q̄ conue-
nienter dictum eſt: q̄ ſpiritus ſanctus ſuper
eum deſcēdit: ⁊ in ſpecie colūbe. Et hoc du
plici ratione. Prima: ad demōſtrandū ple-
nitudinem gratie in xp̄o. Secunda ratio eſt
vt ſuper omnes baptizatos inuiſibiliter cre
datur deſcendere Omnes enim qui baptiſ
mo xp̄i baptizantur: ſpiritum ſanctum re-
cipiunt: niſi ficte accedant: ſ̄m illud Mat.
iij. Ipſe vos baptizabit in ſpiritu ſancto. Et
ideo conueniens fuit: vt ſuper baptizatum
dominum ſpiritus ſanctus deſcenderet. Et
hoc in ſpecie columbe: propter diſpoſitio-
nē: que requiritur in baptizato: vt. ſ. fictus

nõ accedat:ꝙ dicit Sapi.i. Spũs ſctũs diſcipline effugiet fictũ. Colũba enim eſt aial ſimplex:⁊ aſtutũ:⁊ dolo carens: ¶ Ad rationem in oppoſitũ rñdetur:ꝙ vt dicit Auguſti: Chriſtus in baptiſmo corpus ſuum.i. eccleſiam ꝑfigurare dignatus eſt:in qua baptizati accipiunt ſpiritũ ſanctũ. Et hoc ẽ:qḋ dictũ ẽ in ſecũda cauſa aſſignata:q̃re deſcẽdit ſpiritus ſanctus ſuper xp̃m baptizatũ. Ceterum de voce patris audita patet concluſio:qm̃ cõueniens fuit vt baptizato xp̃o vox patris audiretur:tum p̃mo vt oſtẽderet ꝙ per baptiſmũ baptizati fiunt ſpirituales filij. Jo.i. Dedit eis poteſtatẽ filios dei fieri. Secundo quia in baptiſmo xp̃i nõ ſolum repreſentatur exemplum ⁊ efficacia:ſꝫ etiaꝫ forma baptiſmi:que eſt in nomine patris:⁊ filij:⁊ ſpiritus ſancti Math. vltimo Euntes docete omnes gentes baptizantes eas in nomine patris:⁊ filij:⁊ ſpiritus ſancti. Et ideo in baptiſmo xp̃i vt Hiero. ait Miſteriũ trinitatis demonſtratur:filius in natura humana baptizatur:ſpũs ſanctus in ſpecie colũbe deſcendit:patris vox teſtimoniũ filio perhibẽtis audit. Et ideo ꝯueniẽs fuit vt in verbo illo:baptiſmo:pater declararetur in voce. ¶ Ad argumẽtũ in oppoſitum rñdetur:negando ꝯñam: Et ratio eſt: quia diuinitas xp̃i non debuit omnibus in eius natiuitate manifeſtari:ſed magis occultari in defectibus infantilis etatis:ſed quãdo peruenit ad perfectaꝫ etatem in q̃ oportebat eum docere ⁊ miracula facere:⁊ homines ad ſe conuertere:tunc teſtimonio patris erat eius diuinitas indicanda:vt eiꝰ doctrina credibilior fieret. Unde ⁊ ipſe dicit Jo.v. Qui miſit me:pater ipſe teſtimoniuꝫ perhibebit de me. Et hoc precipue in baptiſmo:per quem homines renaſcuntur in filios dei adoptiuos. Filij autem adoptiui iſtruũtur ad ſimilitudinẽ filij naturalis. Unde Hyla. dicit ſuper Mat.ꝙ ſuper Jeſuꝫ baptizatum deſcẽdit ſpiritus ſanctus:⁊ vox patris audita eſt dicentis:hic eſt filius meꝰ dilectus:vt ex ijs que ſeruabantur in xp̃o: cognoſceremus poſt aque lauacruꝫ ⁊ de celeſtibus partibus ſanctum in nos ſpiritum auolare:⁊ paterne vocis adoptione: dei filios fieri.

¶ In dominica p̃ma poſt octauas Epiphanie eſt illud euãgeliuꝫ In illo tempore Nuptie facte ſunt i chana galilee.⁊c̃. Jo.ij. Circa quod poſſunt diſputari ſe.q.

¶ Prima vtrũ xp̃s debuit miracula facere.

¶ Secunda: vtrum conuenienter xp̃s incepit facere miracula in nuptijs: mutando aquã in vinum:ita ꝙ ꝯuerſio aque in vinũ fuit p̃mũ miraculum per eum factum.

¶ Tertia: vtrum quis fuit ſponſus in predictis nuptijs.

AD primã.q. qua q̃ritur vtrũ xp̃s debuit miracula facere ſic proceditur. Et videtur ꝙ nõ. ¶ Primo ſic: Factũ eniꝫ Chriſti: verbo ſuo debet cõcordare: Sed ipſe dixit Joã.vi. Generatio mala ⁊ peruerſa ſignum querit:⁊ ſignũ nõ dabitur ei.niſi ſignum Jone prophete: Ergo nõ debuit facere miracula. ¶ Secundo ſic Sicut xp̃s in ſecundo aduentu vẽturus eſt in virtute magna:⁊ maieſtate:ita in primo aduentu venit in infirmitate: ſm̃ illud yſa.liij. Uirũ doloris:⁊ ſcientem infirmitatem. Sed operatio miraculorum magis pertinet ad virtutẽ:q̃ꝫ ad infirmitatem: Ergo nõ conueniens vt in primo aduentu miracula faceret. ¶ Tertio: Chriſtꝰ venit ad hoc:vt per fidem homines ſaluaret: ſm̃ illud Hebr.e.ij. Aſpicientes in actorem fidei: ⁊ conſumatorem Jeſum. Sed miracula diminuunt meritum fidei. Uñ dñs dicit Jo. iiij. Niſi ſigna ⁊ prodigia videritis nõ creditis: Ergo videtur ꝙ xp̃s non debuit facere miracula. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens:in quo miraculum fecit de cõuerſione aque in vinũ. ¶ Rñdeo dicẽduꝫ ſub iſta concluſione:ꝙ cõuenientiſſimũ fuit vt xp̃s miracula faceret. Pro cuius concluſionis declaratione eſt ſciendum:ꝙ diuinitus conceditur homini miracula facere pro

pter duo. Primo ⁊ principaliter ad confir
mandū veritatē: quā aliqs tacet. Quia enī
ea que ſunt fidei humanā rationē excedūt:
nō poſſunt per humanas rōnes probari: ſꝫ
oportet: ꝙ probentur per argumentū diui
ne virtutis: vt dū aliqs facit opera: que ſo
lus deus facere pōt: credant̄ ea: que dicunt̄
eſſe a deo: ſicut cū aliqs defert litteras an
nulo regis ſignatas: creditur ex volūtate re
gis ꝓceſſiſſe quod in illis cōtinetur. Secun
do ad oſtendendū p̄ntiam dei ab hoīe per
gratiā ſpūs ſancti: vt dū ſ. homo facit ope
ra dei: credatur deus habitare in eo ꝑ gra
tiā. Vn̄ Gala. iij. Qui tribuit nobis ſpiri
tū: ⁊ operat̄ virtutes in nobis. Vtrūqꝫ au
tem circa xp̄m erat hoībus manifeſtandū.
ſ. ꝙ deus eſſet in eo per gratiā: nō adoptio
nis: ſed vnionis: ⁊ ꝙ eius ſupernaturalis
doctrina eſſet a deo: Et ideo conuenientiſſi
mū fuit vt ipſe miracula faceret: Vn̄ ipſe
dicit Jo. x. Si mihi non vultis credere: opi
bus credite: Et Jo. v. Opera que dedit mi
hi pater: vt faciā: ipſa ſunt: que teſtimoniū
perhibēt de me. ¶ Ad rōnes in oppoſitū.
¶ Ad p̄mā r̄ndetur negādo ꝯñam: Et rō
eſt: q: hoc qđ dicitur Mat. xvi. Signū nō
dabit̄ ei: niſi ſignū Jone: ſic intelligendū eſt
vt dicit Criſo. ꝙ tunc nō acceperūt tale ſi
gnū: quale de celo petebant: nō ꝙ nullum ſi
gnum eis dedit: vel quia ſigna faciebat. nō
propter eos: quos ſciebat lapideos eſſe: ſꝫ
vt alios emūdaret. Et ideo nō eis ſicut alijs
illa ſigna dabātur. ¶ Ad ſecūdam reſpōde
tur negādo ꝯñam: Et ratio eſt: quia lꝫ xp̄s
venerit in infirmitate carnis: venit tn̄ in v̄
tute dei: qđ erat manifeſtandū per miracu
la. ¶ Ad tertiā r̄ndetur negādo ꝯñam. Et
rō eſt: q: lꝫ miracula intantū diminuāt meri
tū fidei: inquātū per hoc oñdit̄ duricia eo
rū: qui nolūt credere ea: q̄ ſcripturis diui
nis ꝓbant̄: niſi per miracula: tn̄ melius eſt
eis: vt vel ꝑ miracula cōuertant̄ ad fidē: q̄ꝫ
ꝙ oino in īfidelitate ꝑmaneant.

a De ſcđam. q. qua q̄ritur vtrum
xp̄s cōuenienter incepit facere
miracula in nuptijs mutādo aquā in vinū
ſic procedit̄: Et videtur ꝙ non. ¶ Primo
ſic: Miraculū de cōuerſione aque in vinū
fecit anno ſue etatis trigeſimo vel. xxxi. Sꝫ
in libro de īfantia ſaluatoris legitur ꝙ xp̄s
in ſua puericia fecit multa miracula: Ergo
videtur ꝙ tunc nō inceperit facere miracu
la. ¶ Scđo ſic: Chriſtus faciebat miracula
virtute diuina. Sed virtus diuina fuit in
eo a p̄ncipio ſue cōceptionis: et tunc enī fe
cit deus ⁊ homo: Ergo videtur ꝙ a princi
pio miracula fecerit. ¶ Tertio ſic: Chriſt⁹
ante illud tēpus cepit congregare diſcipu
los: vt legitur Mat. iiij. ⁊ Jo. i. Sed diſci
puli precipue congregati ſunt propter mi
racula: Ergo videt̄ ꝙ ante miraculū factū
in nuptijs: alia miracula fecerit. ¶ In op
poſitū eſt euāgeliū p̄ns: vbi dicitur hoc ini
tiū ſignorū fecit Jeſus. R̄ndeo dicendum
ſub aliquibus concluſionibus: Prima ē ꝙ
cōuenienter xp̄s diſtulit facere miracula vſ
qꝫ ad perfectā etatē aptam ad docendum.
Iſta concluſio oñditur ſic. Miracula facta
ſunt a xp̄o propter cōfirmationē doctrine
ſue: ⁊ ad oſtendēdum diuinam virtutem in
ipſo. Ideo quantum ad primum nō debuit
ante miracula facere: q̄ꝫ docere inciperet.
Nō debuit aūt docere ante perfectā etatē:
qualis eſt. xxx. Annoꝝ. Vn̄ gen̄. xl. legitur
ꝙ. xxx. annorum erat Joſeph quādo ſuſce
pit regimē Egypti Similit̄. ij. Regnoꝝ. v.
legitur de Dauid ꝙ. xxx. annorum erat cū
regnare cepiſſet. Itē Ezechiel etiam ante.
xxx. cepit ꝓphetizare: vt habetur Ezechie
lis. i. Et ideo conueniens fuit vt xp̄s anno.
xxx. annū nō doceret: nec per ꝯñs miracu
la faceret. Scđo oñdit̄ idē: inquātū mira
cula ſua erāt ſue diuinitatis manifeſtatiua:
q: ſic debuit per miracula diuinitatē oñde
re: vt crederetur veritas humanitatis ipſi
us. i. non impediretur cognitio vere huma
nitatis ipſius. Et ideo non fuit conueniens
eū an̄ perfectam etatē miracula facere: ne
eius incarnatio fantaſtica crederet̄. Unde
Criſo. ſuper Jo. dicit. Decenter nō incepit

ſigna facere ex pͥma etate: exiſtimaſſent eni3 fantaſiam eſſe incarnationē ⁊ ante oportunū tp̄s cruci eū tradidiſſent. Scd̄a cōcluſio Cōuerſio aque in vinū fuit primū miraculū xp̄i: Abſolute p3 iſta cōcluſio: ex euangelio preſenti. Scd̄o p3 ſic: q2 oppoſitū eſt contra veritatem euangelij: Ergo cōcluſio vera. Añcedens probatur ſic. Jo. i. dicitur ꝙ xp̄s adhuc erat incognitus nō ſolū ipſi populo: ſed etiam Jo. precurſori eius. Vñ dixit Jo. baptiſta loquens de eo dixit: ⁊ ego neſciebam eū. ſ. añ baptiſmū: Similiter loquens iudeis dixit. Medius veſtrū ſtetit: quē vos neſcitis. Si aūt añ miracula feciſſet: nō fuiſſet ſic incognitus maxime ſuo p̄curſori: qui ad ipſum manifeſtandum natus erat: vt p3 Lu. i. immo etiā nec p̄curſore indiguiſſet: quia eius miracula ſufficient manifeſtaſſent eū. Et ideo dicere ꝙ fecerit miracula añ baptiſmū: videtur eſſe exp̄ſſe cōtra euāgeliū. Tertia cōcluſio. Cōuenientiſſime xp̄s incepit facere miracula in nuptijs: Patet iſta cōcluſio: q2 per hoc Thaciani: ⁊ Martiani ceterorūq3 q nuptijs detrahūt p̄fidia ꝗ3 ſit dānabilis inſinuauit. Nā vt ait Beda. Si thoro immaculato: ⁊ nuptijs debita caſtitate celebratis culpa ineſſet nequaꝗ3 eas ſignoꝝ ſuoꝝ initijs cōſecrare voluiſſet. Quarta cōcluſio. Cōuenienter xp̄s primū miraculū fecit in cōuertendo aquam in vinū. Que ꝯcluſio p3: q2 per hoc apparuit ꝙ nō ad ſoluendū legē: aut ꝓphetas veniſſet: ſed ꝙ ea que in lege ⁊ ꝓphetis ſcripta erāt ſp̄ualiter forent intelligenda. Vñ Beda in omelia eiuſdē Potuit dominus vacuas implere ydrias vino: q i exordio mūdane creationis cuncta creauit ex nihilo: ſ3 maluit de aqua facere vinum: quo tripice doceret: nō ſe ad ſoluendum: ⁊ improbādū ſed ad implēdum potius legē: prophetaſq3 veniſſe: nec illa a ſe per euāgelicā gratiā facere: ⁊ docer̄ quāq3 legalis ⁊ ꝓphetica ſcriptura ante facturū docturumq3 ſignaret.

¶ Ad rationes in oppoſitu3. ¶ Ad p̄ma3 rñdetur ꝙ liber de īfantia ſaluatoris ē tanꝗ3 hereticus reprobatus Eſt enim multis mendacijs confectus: ¶ Ad ſcd̄am reſpondetur negando conſequentiam: quia l3 poteſtatem miracula faciēdi haberet chriſtus a principio conceptionis: decuit tamē illa3 operari: ſꝫm ꝙ neceſſarium erat ad ſalute3 humanam: ꝓpter quā carnē aſſumpſerat: Et ſic miracula fecit virtute diuina: vt fidei de veritate carnis eius p̄iudicium non faceret. ¶ Ad tertiā rñdetur negando cōſequentiam: Et ratio eſt: quia ad laudē diſcipulorum illoru3 pertinet: ꝙ xp̄m ſecuti ſunt cū nulla eum miracula facere vidiſſent: ſicut Grego. dicit in quadā omelia: ⁊ ꝙ dicit ꝙ crediderūt in eum diſcipuli: nō ꝙ tūc p̄mum crediderunt: ſed quia tunc perfectius crediderunt. Vel diſcipulos vocat eos qui futuri erāt diſcipuli: vt refert Auguſtinus in libro de conſenſu euangeliſtarum.

AD tertiā. q. qua q̄ritur quis fuit ſponſus in predictis nuptijs ſic rñdetur Circa hoc eſt duplex opinio. Vna ē ſꝫ Hierony. ⁊ Augu. in ꝓlogo ⁊ in glo. ꝙ ipſe fuerit Jo. euāgeliſta Alia ē opinio Victorioni. Chriſo. ⁊ Origeñ: ꝙ nō fuerit Jo. euāgeliſta: ſed alius: Probat hoc victorionus ſic: Cum virginitas ſit in carne corruptibili: incorruptiōis perpetua meditatio: nō eſt credendum ꝙ Jo. cum de v̄ginitate teſtimonium perhibeat: vnq3 i nuptijs conſenſerit. Sed ad hoc dicit Albertus magnus ſuper Jo. ꝙ abſq3 dubio celebrior opinio eſt ꝙ iſte ſponſus fuerit Joā. euāgeliſta: ⁊ ꝙ ſponſa fuit vna de virginibus deo conſecrata: poſtea cum matre Jeſu permanſerit. Et ad argumentum victorioni reſpōdet ſic: ꝙ eſt incorruptio ſꝫm mētem: ⁊ incorruptio ſꝫ corpus: ⁊ incorruptio ſꝫm vtrumq3: Virginitas autem que quidem radicem habet in mente: ⁊ ramos in corpore: vt dicit Ambroſius primo ⁊ principaliter meditatione3 habet in mente. Incorruptionis autem corporis meditatio: pro diuerſitate temporis eſt diuerſa: q2 nō reue

lato tēpore gr̃e: q̃zuis incorruptio corporis deſideref: tamē cōmittif diſpenſationi diuine. Sic etiā beata virgo fuit: eo ꝙ tunc matrimoniū fructificabat gratie: q꞉ cū propagatione ſeminis fiebat etiā propagatio religionis. Tēpore aūt reuelate gratie: incorruptio corporis tenebaf in corporis integritate ⁊ ſanctitate. Q̇ō aūt verbo caſtitatis: fiebat etiā ad gentes ꝓpagatio religionis: Et quia matrimoniū añ legē: ⁊ caſtitas tēpore gratie deo fructificabant: matrimoniū abrahe nō prefertur celibatui Joānis: q꞉ caſtitatē quā Jo. exhibebat in corpore: Abraā habuit in habitu ⁊ mēte. Et talis incorruptionis meditatio ē virginitas: vbi incorruptio tenetur in mēte: ⁊ incorruptio corporis i habitu mentis: q̃zuis non ſit in corpore: Et ꝙ dicit Victorinus ꝙ nō cōſenſit Jo. in corruptionē corporis: intelligendū eſt de illa corruptione: que violat habitum continentie in mente.

¶ In dominica ſcd̄a legif euāgeliū Mat. viij. in quo narrantur duo miracula: Vnū de ſanatione leproſi. Aliud de ſeruo Cēturionis. Circa quod poſſunt diſputari ſe. q.

¶ Circa primū queritur: vtrū conueniens fuit ꝙ xp̄s leproſuz tangēdo ſanaret.

¶ Secūdo: vtrum ſit verū: ꝙ iſte leproſus ideo poſtq̃z ſanatus: iuſſus eſt ire ad ſacerdotem: ad ſignificandū: ꝙ mūdatus a lepra peccati per cōtritionē: teneatur ſe oſtendere ſacerdoti per confeſſionem.

¶ Tertio: q̄rif: vtꝝ i xp̄o cadit admiratio.

¶ Quarto: vtrū verū fuit ꝙ nō ſit inuēta tanta fides in iſrael quanta in Centurione.

Ad primā. q. qua querif vtrū cōueniens fuit ꝙ xp̄s leproſum tāgēdo ſanaret ſic procedîtur: Et videf ꝙ ñ. ¶ Primo ſic. Chriſt⁹ ait Mat. v. Non veni legē aut ꝓphetas ſoluere. ſꝫ lege ꝓhibebatur tangere leproſuz: Ergo incōuenienter tāgendo ſanauit. ¶ Secundo ſic: Chriſtus faciebat miracula virtute diuina: cuius ꝓpriū eſt ſubito operari: ⁊ ꝑficere. Ergo nō debuit euz ſanare extēdendo manū ⁊ tangendo eū. ¶ In oppo. eſt euangeliū. R̃ñdeo: dicendum ſub iſta concluſione: ꝙ cōuenient̓ xp̄s ſanando leproſum tetigit eū: hac inter alias ratione. Quia xp̄s venerat ſaluare mundū: nō ſolū diuina virtute: ſed etiam per miſteriū incarnatiōis ipſius. Et ideo frequenter in ſanatione infirmorū nō ſolū poteſtate diuina vtebaf curādo: ꝑ modū imperij: ſed etiam aliq̄d ad humanitatē pertinens opponēdo. Vñ ſuper illud Lu. iiij. Singulis manus imponēs curabat omnes Dicit Cyrillus. Quāuis enī deus potuiſſet omnes verbo pellere morbos: tangit tñ eos: oſtendens ꝓpriā carnez efficacē ad preſtanda remedia. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad p̄mā rñdetur: ꝙ non erat ꝓhibitum in lege tangere leproſum ei: qui ex tactu ſuo poterat curare: ſicut Helyas ⁊ Elyſeus non fecerunt contra legem tangendo mortuum ad reſuſcitandū vt habetur. iij. Reg. xvij. ⁊. iiij. Reg. iiij. Et ita xp̄s non fecit contra legem. ¶ Ad ſecūdaꝫ rñdetur negando ꝯñam. Et ratio eſt q꞉ licꝫ ſolo verbo curare potuit: appoſuit tamen manum ratione dicta.

Ad ſcd̄am. q. qua q̄ritur vtrū ſit verū: ꝙ iſte leproſus poſt q̃z fuit ſanatus: ideo miſſus ſit ad ſacerdotē: ad ſignificandū: ꝙ mūdatus a lepra peccati ꝑ cōtritionē: adhuc teneaf oñdere ſe ſacerdoti per ꝯfeſſionem peccatoꝝ ſic procedîtur. Et videtur ꝙ nō. ¶ Quia ſi ſic: videref: ꝙ ꝯfeſſio a deo eſſet inſtituta. Sꝫ non: niſi ab hoīe Jacobi. i. Cōfitemini alterutrū peccata veſtra. Ergo nō fuit verum illud. ¶ Secundo ſic: Culpa remittitur per gratie infuſionē: q̇ datur in cōtritiōe. Vñ ſuꝑ illud Pſal. Sacrificiū deo ſpūs ꝯtribulat⁹ dicit glo. Cōtritio cordis eſt ſacrificiū: quo ſoluūtur peccata: Ergo nō ē neceſſaria confeſſio. ¶ Tertio ſic. Aliq̄bus remiſſum eſt peccatū ſine hoc: ꝙ legant̓ ꝯfeſſis: ſicut pꝫ ď Petro ⁊ Maria magdalena ⁊ ď Pau

lo Sed nō ē minoris efficacie gratia remit tēs peccatū nūc: q̄z tunc fuit: Ergo nec nūc eſt de neceſſitate: q̄ hō a peccato mūdatus per ↄtritionē: ↄfiteatur ſacerdoti. ❡ Jn oppoſitū eſt dictū doctoꝝ exponētiū hoc euāgeliū vt ſanctus Tho. ⁊ magiſter Nicolaꝰ de lira. Rn̄deo dicendū ſub iſta ↄcluſione: q̄ verū eſt q̄ doctores illi dicūt. Pro cuiꝰ pleniori noticia eſt notādū: q̄ paſſio xp̄i: ſine cuius virtute: nec actuale: nec originale peccatū dimittit̄: in nobis operat̄ p̄ ſacramētoꝝ ſuſceptionē: que ex ipſa efficaciā habēt: Et ideo ad culpe remiſſionē: ⁊ actualis ⁊ originalis requiritur ſacramentū eccleſie vel actus ſuſceptū: vel ſaltē voto: qn̄ articulus neceſſitatis nō cōtemptus ipſum excludit Jlla autē ſacramēta: que ordinātur contra culpā. cū qua ſolus eſſe nō pōt: ſunt de neceſſitate ſalutis. Et ideo ſicut baptiſmus quo deletur originale peccatū: ē de neceſſitate ſalutis: ita ⁊ penitētie ſacramentū. Sicut aūt aliqs per hoc q̄ baptiſmū petit: ſe miniſtris eccleſie ſubijcit: ad quos pertinet diſpēſatio ſacramēti: ita etiā p̄ hoc q̄ ↄfitet̄ peccatū ſuū: miniſtro eccleſie ſubijcit: vt p̄ hoc ſacramētū pnīe ab eo diſpēſatū: remiſſionē ↄſeqtur: qui cōgruū remediū adhibere nō pōt: niſi peccatū cognoſcat: qđ fit p̄ ↄfeſſionē peccātis. Et ideo cōfeſſio ē de neceſſitate ſalutis eius: q in peccatum actuale mortale cecidit. ❡ Ad rōnes in oppoſitū.

❡ Ad p̄mā rn̄detur negādo minorē. Dicimus eni q̄ preceptū de cōfeſſione nō eſt ab hoīe inſtitutū: q̄zuis ſit a Jacobo ꝓmulgatū: Sꝫ a deo inſtitutionē habuit q̄zuis eius expreſſa inſtitutio nō legat̄: tn̄ quedā ꝑfiguratio ipſius inuenit̄: ſicut hic: in hoc: q̄ leproſū mūdatū miſit ad ſacerdotes: qui: q̄zuis nō eēnt noui teſtamēti ſacerdotes: tn̄ in eis noui teſtamēti ſacerdotiū ſignificabat̄.

❡ Ad ſecūdam reſpondetur negando cōſequētiā: Et rō eſt: qm̄ ad gr̄e infuſionē cōſequēdā ordinata ſūt gr̄e ſacramēta: an̄ quorū ſuſceptionē: vel actu vel ꝓpoſito aliquis grām nō ↄſeqtur: ſicut pꝫ in baptiſmo: Et ſimilit̄ eſt de ↄfeſſiōe: ſine qua: actu: vel ꝓpoſito: culpa nō remittit̄. Vn̄ vt dicit Albertꝰ magnus in quarto: oēs tres pnīe ptes cōiūctim operātur circa peccatū: ſꝫ nō oportet q̄ aſſint in actu: ſꝫ vnū vel duas ſufficit eſſe in actu: ⁊ aliā vel alias eē i ꝓpoſito. ❡ Ad tertiā rn̄detur negādo ↄn̄am: Et rō eſt duplex. Prima: q̄ licet nō legat̄ cōfeſſio Petri ⁊ Magdalene: tn̄ ↄfeſſi credunt̄: Multa eni facta ſunt: que ſcripta nō ſunt ſicut innuit̄. Jn fine Joānis. Secūda rō: q: xp̄s hꝫ poteſtatē excellētie in ſacramētis: Vn̄ ſine ijs que ad ſacramentū ꝑtinent: poteſt reꝫ ſacramenti conferre.

Ad tertiā. q. qua q̄ritur: circa ſecundū miraculū: vtꝝ i xp̄o fuit admiratio: ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ q̄ nō potuit in eo eſſe. Primo ſic. Admiratio ſicut colligit̄ p̄mo Metha. nō eſt niſi ignorātia. Sꝫ in xp̄o nō fuit aliq̄ ignorātia: qui venit illuminare ijs: qui in tenebris: ⁊ in vmbra mortis ſedēt. Ergo nō fuit in eo admiratio:

❡ Scđo ſic: Dicit Ariſto. iiij. Ethy. q̄ magnanimus nō eſt admiratiuus: Sꝫ xp̄s fuit magnanimus: Ergo in Chriſto nō fuit admiratio. ❡ Tertio Nullus admirat̄ de eo: qđ ipſe facere pōt. Sꝫ xp̄s facere potuit: quicquid magnū erat in rebus: Ergo videt̄ q̄ de nullo admirabat̄. ❡ Jn oppoſitū ē euāgeliū pn̄s. Rn̄deo dicendū ſub certis ↄcluſionibus. Prima q̄ in xp̄o nō potuit eē admiratio: quātū ad ſciētiā diuinā: q̄ eſt eterna Probat̄ ↄcluſio. Admiratio ꝓprie ē de nouo aliquo inſolito. Jn Chriſto aūt nō poterat eſſe aliqđ nouū ⁊ inſolitū quātum ad ſciētiā diuiuam q: nihil cognoſcit de nouo. Secūda cōcluſio Jn xp̄o nō potuit eſſe admiratio: quātū ad ſciētiā humanā: q̄ cognoſcit res in v̄bo. Pꝫ cōcluſio. Quia aīa xp̄i ab inſtāti ↄceptiōis. cognouit oīa in verbo: que cognoſcit verbū ſciētia viſionis: ⁊ hec ſunt oīa q̄ habēt eſſe ſc̄m quāq̄ꝫ differentiā tp̄is: cuius ſunt p̄ntia: p̄terita: ⁊ futura: Ergo ⁊c. Tertia ↄcluſio. Jn xp̄o nō potuit eē

admiratio: ſm ſcientiá: qua cognoſcit res p
ſpecies inditas. Pʒ ɔcluſio: qm̄ anima xpi
ab hora cóceptionis fuit perfecta habitib⁹
omniū ſcientiarū. Quarta cóclusio. Admi
ratio potuit eſſe in xp̄o ⁊ fuit ſm ſcientiam
experimentalé. Patet ɔcluſio: q: ſm hanc
potuit aliquod nouū inſolitū videre: ⁊ co-
gnoſcere: ſm ꝙ poterát quotidie aliqua no
ua occurrere. ¶ Ad rónes in oppoſitum.
¶ Ad primá rn̄detur negádo ɔñam. Et ró
eſt: q: lʒ xp̄s nihil ignoraret: potuit tñ de no
uo aliqd occurrere experimétali eius ſcié-
tie ex quo admiratio cauſaretur. ¶ Ad ſe-
cúdá rn̄detur negando ɔñam. Et ró eſt: qa
xp̄s admirabatur de fide Centurióis: non
ea róne ꝙ eſſet magna: quátū ad ipſuʒ: ſed
q: erat magna: quátum ad alios. ¶ Ad ter
tiaʒ rn̄detur negádo ɔñam. Et ró eſt: q: licʒ
xp̄s poterat facere oia: ſm virtuté diuinita
tis: ſm quá admiratio in eo nó erat: ſciétie
tñ eius humane experimétali pót aliqd no
ui occurrere: ꝺ quo potuit cauſari i eo ad-
miratio: ſicut dictum eſt.

AD quartá. q. qua q̄ritur: vtꝝ
ſit verū ꝙ xp̄s nó inuenit tá
tá fidé in Iſrael ſicut in Cen
turióe ſic ꝑcedit. Et videt ꝙ
nó. ¶ Primo: q: in Abraá:
Iſaac: ⁊ Jacob maior fides fuit: Ergo ⁊c̄.
¶ Scd̄o arguit de beatiſſima ꝟgine Ma
ria: cui dictū ē: beata que credidiſti: qm̄ pfi
cient in te: que dicta ſunt tibi a dn̄o Luc. ij.
¶ Tertio: Idé arguit de apoſtolis: q dicū
tur p̄micias ſpūs habuiſſe. ¶ In oppo. eſt
euágeliū pn̄s. Rn̄deo dicendum: iuxta Al
bertū ſup Mat. ꝙ fides dicit magna du-
plicit. ſ. inteſiue: ⁊ facilitate credédi inteſiue
Poſſibile fuit: ꝙ maior fides fuit in multꝭ
iudeis: ſm ſtatū etiá pn̄tem. Sed quo ad fa
cilitaté credédi: nó inuenit tátá: q: iudei: qui
crediderūt p miracula: inducti ſunt ⁊ edo-
cti: p ſcripturas q̄ crediderūt. Iſte auté nó.
¶ Ad rónes in oppo. dicédū. ¶ Ad p̄má
rn̄det: ꝙ nó loqbat xp̄s de illo priore iſrael
in quo ꝑphete: ⁊ patriarche fuerūt. Unde
Beda in omelia dicit ſic. Nó inueni tantá
fidé in iſrael: nó in illo priore iſrael. in quo
noiati ſunt ꝓphete ⁊ iuſti: ſʒ ſignificat fideʒ
illius: ſup iſrael: hoc eſt ſup oés: qui túc fue
rūt trib⁹ iſrael: ⁊ nó ſup illū: q ab initio fuit
iſrael: nec ſup eos: q poſtea prophete ⁊ iuſti
inuéti ſunt in iſrael: Et per hoc pʒ rn̄ſio ad
argumēta de beata ꝟgine: ⁊ de apoſtolis: q
ſuper oés alios iuſti ⁊ ſancti inuenti ſunt in
iſrael. Uel dicédū: vt dicit Albertus: ꝙ cū
xp̄s dixit nó inueni tátá fidé in iſrael: nó iclu
dit illos: qbus loqbatur: ſʒ alios de Iſrael.
¶ In dn̄ica tertia ē euágeliū In illo tépo
re aſcédéte Ieſu in nauiculá ⁊c̄. Mat. viij.
Circa qd̄ veniūt diſputáde ſe. q.
¶ Primo: vtrū eccleſia vniuerſalis iuxta
glo. per nauiculá ꝺſignata tépeſtate alicui⁹
tribulationis: qn̄qʒ ita ɔcutietur, vt naufra
gium patiatur. ¶ Secúdo: vtrum fuit ve-
rū: ꝙ mare et venti obediunt xp̄o.

AD primá. q. qua q̄ritur: vtrū
vniuerſalis eccleſia iuxta gl.
euágelij p nauiculá ꝺſignatá
qn̄qʒ tépeſtate tribulationis
ita ɔcucietur: vt naufragium
patiatur: ſic ꝑcedit. Et videt ꝙ ſic. ¶ Pri
mo Daniel. ix. ſcribitur Deficiet hoſtia et
ſacrificiū: ⁊ erit in téplo abhoiatio deſola-
tionis: ⁊ vſqʒ ad ɔſummationé ⁊ finé per-
ſeuerabit deſolatio: Sʒ cū defecerit fides ⁊
hoſtia ⁊ ſacrificiū: deficiet eccleſia Dicit. n.
Auguſti. Ubi fides: ibi eccleſia: ergo ⁊c̄.
¶ Scd̄o ſic: Sicut vniuerſitas iudeorū: q
prius eccleſia dicebat: iaʒ nó eſt eccleſia: vn̄
tota eccleſia iudeoꝝ videt defeciſſe: Dedit
enim illi deus libellū repudij. p̄mo. x. tribu
bus: ⁊ poſtea duab⁹: vt dicit Hiere. iij. Et
v. Ubi ſic habetur. Preuaricata é domus
iſrael: ⁊ domus iuda: dicit dn̄s ⁊c̄. Ergo pa
ri róne tota eccleſia xp̄ianoꝝ eſt defectibi-
lis. Cóſequétia videt bona. ¶ Tertio ſic:
Lu. xviij. Poſt denūciationé futuraruʒ tri
bulationū dicitur: verūtñ filius hois veniés
putas inueniet fidé in terra? Hoc aūt nó vi
detur dictū: niſi ꝙ fides añ cóſummationé

ſeculi deficiet:⁊ ꝑ cõſequens eccleſia. ¶ In
oppo. eſt hic glo. Rñdeo dicendũ ſub dua
bus concluſionibus. Prima eſt:ꝙ eccleſia
catholica cõuenienter deſignatur per nauẽ
ſiue nauiculã Iſta cõcluſio probatur. Pri-
mo per illud ꝓuer. vltimo Facta eſt quaſi
nauis inſtitoris. Et hoc:q: vt dicit Albertꝰ
magnus. ꝟtutũ mercibꝰ ⁊ meritoꝝ theſau-
ris ampliſſimis:atq; ꝑcioſiſſimis onuſta ẽ:
qbus filij ſui mercati ſunt regnũ. In ea eni
ſola:ſunt ꝟtutes:qbus adipiſcitur felicitas
vite eterne iuxta. c. oẽs. xxviij. q. i. Secũdo
pꝫ ꝯcluſio:qm̃ eccleſia ẽ vehiculũ:quo per
mare huius ſeculi:q̃ꝫcunq; crebris ventoꝝ
flatibus:⁊ aquaꝝ fluctibus. i. tẽtationũ pla
gis:⁊ verberibꝰ fatigetur:fideles in ea cõ-
tenti ad portũ future beatitudinis perducũ
tur. Uñ ſicut extra archã regnãte diluuio
nullus ſaluatus eſt:ita nullus extra eccleſiã
oino ſaluaꝛ. Uñ extra de ſumma trini. ⁊ fi.
catho. c. i. ⁊. iiij. q. i. qm̃ verꝰ:⁊ beatꝰ Greg.
in moralibus:⁊ habeꝛ in. c. q: eadẽ cã. et:q.
Eccleſia ſola ẽ:q intrapoſitos valida carita
tis compago cuſtodit. Uñ aqua diluuij ar-
chã quidẽ ad ſublimiora ſuſtollit. Oẽs au
tẽ quos extra inuenit extinxit. Secũda con
cluſio ẽ:ꝙ nauicula vniuerſalis nunq̃ꝫ tãta
tẽpeſtate tribulatiõis vexabitur:ꝙ naufra
giũ patiaꝛ. Iſta cõcluſio ꝓbatur primo ſic.
Augu. in tractatu de catholica veritate di-
cit. Sicut nauicula. i. eccleſia xp̃i i medio ma
ris videlꝫ mũdo diu iactata ẽ fluctibus:ſꝫ
vexata nõ diſſoluta aut ſubmerſa:q: ille im
perauit vẽto ⁊ mari:q eidẽ eccleſie ꝓmiſit:
vſq; ad finẽ affuturã. Iſta cõcluſio pꝫ ex il
lo Ambro. qui ita dicit in quodam ſmone
Nauim eccleſiam debemꝰ accipere in ſolo
mũdi hmõi ꝯſtitutã:que ⁊ ſi vndaꝝ flucti-
bus aut ꝓcellis ſepe vexetur:tñ nunq̃ꝫ põt
ſuſtinere naufragium:q: in arbore eius. i. in
cruce xp̃s erigiꝛ:in pupe pater reſidet gu-
bernator:proraꝫ paraditus ſuat ſpũs:hanc
per anguſta huius mũdi freta. xij. remigijs
ducũt. i. xij. apoſtoli:⁊ ſimilis numerus pro
phetaꝝ. Tertio patet ꝯcluſio ex illo Mat.
xvi. vbi xp̃s ait. Super hãc petram edi. ec.
meã:⁊ porte inferi non ꝑualebũt aduerſus
eã. Plane hoc nõ eẽt:ſi eccleſia q̃nq; tribu
latiõibus aut impugnatiõibus vexata:nau
fragiũ eẽt paſſura. ¶ Ad rõnes in oppoſi.
¶ Ad ꝑmã rñdetur negãdo ꝯñam: Et ad
dictum Danielis rñdetur dupliciꝛ. Primo
ꝙ nõ videtur loq de ꝯſummatiõe totiꝰ ſecu
li:ſꝫ de finali deſolatiõe ciuitatꝫ hieruſalẽ:in
q̃ locus ſanctificatiõis erat:Et ita nõ eſt ad
ꝓpoſitũ. Scđo rñdetur ꝙ dato:ꝙ Dictuꝫ
Danielis accipiatur de ꝯſummatiõe ſeculi:
⁊ abhoiationẽ noiet antixp̃m hoiem pec-
cati:qui in tẽplo ſedẽs extollẽs ſe ſuper oẽ:
qđ dicitur ꝺs. ij. ad Theſa. i. nõ eſt intelligẽ
dũ:ꝙ fides totaliter deficiat: quin ſemper
apud aliquos fides eccleſie firma atq; im-
mutabilis vſq; i finẽ ſeculi permanebit:ita
xp̃s pollicitus ẽ Petro:quẽ vniuerſalis ec
cleſie ſue paſtorẽ ⁊ vicariuꝫ conſtituerat. d.
Ego rogaui ꝓ te Patrẽ vt non deficiat fi-
des tua Lu. xxij. ¶ Ad ſecundam rñdetur
negãdo aſſumptũ:qm̃ ꝙ eccleſia de iudeis
nunq̃ꝫ ita defecit:quin ſemper in ea aliqui
eſſent iuſti:in quibus integra fides ⁊ cari-
tas inuiolata perſeueret:ſꝫ ſcriptura ita abſo
lute loquiꝛ:q: in cõparatiõe maloꝝ:illo tp̃e
pauciſſimus erit numerꝰ bonoꝝ. ¶ Ad ter
tiã rñdeꝛ negãdo ꝯñam:Et ad dictũ:quod
Lu. xviij. habeꝛ rñdetur:ꝙ illud dictũ eſt:
nõ ꝙ oino fides ſit defectura:ſꝫ ꝓpter pau
citatẽ fideliũ:q̃ tp̃e añxp̃i erit ꝓpꝛ maximã
tribulationẽ:q̃ tp̃e illo vigebit.
a D ſcđaꝫ. q. q̃ q̃riꝛ:vtꝝ fuit veꝝ
ꝙ mare ⁊ vẽti obedierunt xp̃o
ſic ꝓcediꝛ. Et vꝛ ꝙ non:q: res ſine ſenſu:⁊
ſine rõe:nõ pñt dici obedire alicui:cũ nec
capeꝛ nec itelligẽ poſſint ꝑceptũ iperantꝭ:ſꝫ
mare ⁊ vẽti ſunt hmõi:ergo nõ videnꝛ poſ
ſe dici obedirꝛ. ¶ Scđo ſic: Qui obedit đo
cõfirmat volũtatẽ ſuã volũtati diuine: Sed
iſta cũ ſint ſine itellectu ⁊ volũtate:ñ pñt di
ci cõfirmare volũtatẽ ſuã diuine: Ergo ⁊c̃.
¶ Tertio. Obedientia eſt virtus moralis:
Sed mare ⁊ vẽti nõ capacia ſunt virtutis

Ergo nec poſſũt dici obedire alicui. ¶ In oppoſitũ eſt euãgeliũ pñs: Rñdeo dicendũ ſub iſta cõcluſiõe: ꝙ mare ⁊ venti obedierũt xp̃o. Iſta cõcluſio patet ex euãgelio. Pro cuius intellectu eſt notãdũ: ꝙ obediẽtia dicit᷑ duobus modis Uno mõ vt dicit᷑ virtus: qua animus ſubijcitur mãdatis iperãtis: vt fiãt: Et hoc mõ obediẽtia nõ cadit niſi in creatura intellectuali: q̃ ſola capax ẽ virtutis: vt arguebatur. Alio mõ dicit᷑ obediẽtia operatio: qua mobile vel ſubiectum ſtatim expedite ⁊ ſine quacũq; repugnãtia exequit᷑ ordinẽ ⁊ diſpoſitionẽ ſui motoris: ſiue principij agentis: Et hoc mõ eſt in omni creatura potẽtia obediẽtialis: ad exequẽdũ: ⁊ operandũ quicqd deus: qui immobilis manẽs: dat cũcta moueri: de creatura ordinauerit vel diſpoſuerit. Un̄ Ps̃.c.xlviij. dicitur Statuit ea in eternũ ⁊ in ſeculũ ſeculi: p̄ceptum poſuit: ⁊ non p̄teribit Et infra. Ignis: grãdo: nix: glacies: ſpũs ꝓcellarũ: q̃ faciunt verbũ eius. Et Amos.ix. dicit dñs Mãdabo ſerpẽti: ⁊ ipſe deuorabit eos. Et hoc mõ dicuntur venti ⁊ mare obediuiſſe xp̃o: ſicut creatura ſuo creatori. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primam rñdetur: ꝙ rõ ꝓcedit de obediẽtia primo mõ ſumpta: lʒ dicat Albertus magnus ſuper Mat. ꝙ omnis creatura ſenſum hʒ naturalẽ: quo iperiũ percipit: ⁊ perficit creatoris: q̃uis in ſe ſit inſenſibilis. Et iõ diſtinguit yſac philoſophus: ſenſus naturales ⁊ aiales eſſe in rebus inſenſibilibꝰ. Hoc Albertus. ¶ Ad ſecũdã: ⁊ tertiã rõnes: eadem eſt rñſio. Loquũtur enim de obediẽtia p̄mo mõ ſumpta nos vero de obediẽtia ſecũdo mõ capta.

¶ In dominica quarta poſt octauas Epiphanie eſt euangelium.

¶ In illo tempore dixit Jeſus parabolam hanc. Simile factũ eſt regnũ celoꝝ hoi ⁊c̃. Mat.xiij. Circa qõ pñt diſpu.ſe.q.

¶ Primo: vtrũ diabolus ſuperſeminauerit zizania.i. hereſes in agro dominico.

¶ Secũdo: vtꝝ heretici ſint eradicãdi per mortem de vita preſenti.

AD primã.q. qua q̃ritur: vtꝝ diabolus ſup̄ſeminauerit zizania ⁊c̃. ſic ꝓcedit᷑: Et videtur ꝙ ñ. ¶ Primo ſic: Euãgeliũ dicit: ꝙ inimicꝰ homo hoc fecit: Sʒ diabolus nõ ẽ hõ: Ergo nõ ſuperſeminauit zizania. ¶ Scdo ſic: Hereſes ex libero arbitrio hois ꝓcedũt. Un̄ vt ait Hiero. ⁊ habet᷑.xxiiij.q.iij.i.c. hereſis. Hereſis grece ab electione dicit᷑: q: cũ vnuſqſq; eligat diſciplinã: quã putat eſſe meliorẽ Sed diabolus nõ põt ſup̄ li.ar. Ergo non põt ſup̄ſeminare aliqd in eo. ¶ Tertio ſic: Omne agẽs ex ꝓpoſito cognoſcit ſuũ effectũ: ſʒ diabolus internas cogitatiões nõ poteſt p̄uidere: vt dicit Augu.li. de eccle. dogmatibus: Ergo nõ poteſt aliqd ſeminare. ¶ In oppo. eſt euãgeliũ pñs. Rñdeo dicẽdũ ſub tali cõcluſiõe: ꝙ diabolus ſup̄ſeminauit in agro dñico hereſes etiã errores. Iſta ꝯcluſio pʒ. Nã poſtq̃ʒ xp̃s lux mundi. ⁊ veritatis: in agrũ ſeminauit fidei doctrinã: per ſe ⁊ ſuos apoſtolos: in agro dñico: poſt mortẽ eoꝝ diabolus inuidẽs fidei ſeminate in cordibus fideliũ: que fundamẽtũ erat religiõis xp̃iane: ſup̄ſeminauit zizania: ſuadẽdo ⁊ ſuggerẽdo errores hoibus. Et ita plures ad p̄fidiam hereſis induxit: que ducit ad mortẽ Hinc Sapi.ij. dicit᷑: ꝙ inuidia diaboli mors intrauit in orbẽ terrarũ. Et Jo.viij. dicit᷑ de diabolo. Ille homicida fuit ab initio: ⁊ in veritate nõ ſtetit: q̃a veritas nõ eſt in eo. Quom enim loqtur.i. ſuggerit mendaciũ: ex ꝓprijs loquit᷑: q: mẽdax ẽ: ⁊ pater eius. ¶ Ad rõnes in oppo. ¶ Ad p̄mã dicit᷑: ꝙ ibi in euãgelio inimicus hõ dicit᷑ diabolus: vt exponũt doctores Dicit᷑ aũt diabolꝰ hõ: tũ ꝓpter defectuʒ a deitate. Ps̃. Exurge dñe: nõ p̄ualeat hõ: tũ q: diabolꝰ vincit hoiẽ. Ps̃. Eripe me dñe ab hoie malo: Et dicitur inimicus ꝓpter cõſummatã maliciã eiꝰ. ¶ Ad ſcdaʒ rñdet᷑ negãdo ꝯñaʒ. Dicimꝰ: ꝙ lʒ diabolus nõ poſſit ſup̄ li.ar. directe mouẽdo: illud: põt tñ bñ p modũ ſuadẽtis: Et ſic diabolus ſeminat he

reſes ⁊ errores in cordibus hoīum. Unde
Auguſti.iiij.de trini.dicit: ꝙ diabolus ſua
ſubtilitate malignos affectus inſpirat. Et
Beda dicit ſuper Actus apoſtoloꝝ: ꝙ ani
mā in affectū malicie trahit.

AD ſcd̓am.q.qua ꝗritur: vtꝝ
heretici ſunt eradicandi per
mortē de vita pn̄ti ſic ꝓcedi
tur: Et videtur ꝙ n̄. ¶ Pri
mo ex euāgelio pn̄ti: vbi di
citur ꝙ permittantur zizania creſcere: vſqꝫ
ad meſſem: meſſis autē eſt finis ſeculi. Sed
heretici per zizaniā deſignātur: ergo here-
tici tollerandi ſunt ⁊ nō interficiēdi. ¶ Se
cūdo ſic: Apoſtolus.ij. Thy.ij. Seruuꝫ dei
opꝫ eſſe manſuetū.i.cū modeſtia corripiēteꝫ
eos: qui reſiſtūt veritati: ne qn̄ det deus il-
lis penitētiā ad cognoſcēdaꝫ veritatē: ⁊ re
ſcipiſcāt a laqueis diaboli: Sꝫ ſi heretici nō
tollerarētur: ſed morti traderētur: auferret̄
eis facultas penitēdi: ergo tollerādi ſunt: ⁊
nō interficiēdi. ¶ Ad tertiū ſic. Nihil eniꝫ
dꝫ impugnari: niſi qḋ eſt ꝯtra amicitiaꝫ. Sꝫ
diuerſitas opinionū nō eſt cōtra ꝯcordiam
amicitie: vt philoſophus dicit.iiij. Ethy. er
go heretici nō ſunt extirpādi: ſed tollerādi.
¶ In oppo. eſt Apoſtolus ad Thy.iij. He
reticū poſt primā ⁊ ſcd̓am correptionem de
vita: ſciēſqꝫ ſubuerſus eſt qui hmōi ē. Rn̄-
deo dicendū ſub iſta ꝯcluſiōe Heretici ma
nifeſti: qn̄ ſine periculo pōt fieri: exterminā
di ſunt per mortē de vita pn̄ti. Iſta cōcluſio
pꝫ: q: tales ſunt corruptiui: ⁊ infectiui alioꝝ
ſm̄ illud Th..iij. Heretici multū ꝓficiūt ad
impietatē. ſmo coꝝ vt cancer ſerpit. Que
cōcluſio pꝫ per Apoſtolū.i. Corin.v. Qui
precepit exterminare vetus fermētū: ne to
tā maſſaꝫ corrūpat: ⁊ Hiero. Et habet̄.i.q.
iij. Secande ſunt carnes: ⁊ ſcabioſa ouis: a
caulibus repellēda: ne tota domus: maſſa:
corpus: ⁊ pecora: ardeat: corrūpatur: putre
ſcat: ⁊ intereat. Arriꝰ aūt in alexādria: vna
ſcintilla fuit: ſꝫ qm̄ non ſtatim oppreſſa eſt:
totū orbē eius flāma populata eſt. Scd̓o ꝓ
batur ſic: qꝛ ſunt ſicut homicide. Uita ſpūa
lis multo melior ē qꝫ corporalis: Sed ho-
micide extirpātur: qui auferūt hoibus vi-
tā corparalē: vt habetur. Exo.xxij. Malefi
cos nō patieris viuere: ergo multo ampliꝰ
heretici: qui auferūt hoibus vitā ſpūalem.
Tertio ſic ꝓceditur: inquātuꝫ heretici ſunt
falſarij xp̄iane fidei: multo grauius eſt cor-
rūpere fidē: per quā eſt aīe vita. Iuſtus eni
ex fide viuit Oſee.ij. Et Ro.i. quā falſifi-
care monetā: per quā tēporali vite ſubueni
tur: Sꝫ falſarij pecunie ſtatim per ꝓncipes
ſeculares morti tradūtur: ergo multo fortiꝰ
heretici ſtatim: qn̄ de hereſi ꝯuincūtur: pn̄t
iuſte occidi. Quarto ꝓbatur ꝯcluſio inquā
tū heretici dicūtur lupi. Lupi ſunt ab oui-
bus arcēdi paſtoris officio Io.x. Sed here
tici ſunt lupi Acc.ij. Ergo iſti veniūt extir
pādi. Quinto ꝓbat̄ ꝯcluſio: inquātū here-
tici ſunt blaſphemi in xp̄ꝫ Leui.xxiiij. dicit̄
Qui blaſphemauerit nomē dn̄i morte mo
riatur: Sed heretici ſunt hmōi: ergo meri-
to veniūt extirpādi per mortem magis qꝫ
rei crimine leſe maieſtatis. ¶ Ad rōnes in
rum precipitare: vel lapidare eũ volentiũ: illeſus euaſit. Nec tamen propter illas trãſfiguratus dicitur: ſed per ſolam claritatẽ: q̃ pertinet ad aſpectum perſone ipſius. Circa quã claritatem: nota: ꝙ claritas illa: quã xp̃s in trãſfiguratione aſſumpſit: fuit claritas glorie: quãtum ad eſſentiam: nõ quãtũ ad modũ eſſendi. Claritas enim corporis glorioſi deriuatur ab anime claritate: ſicut dicit Auguſti. in epiſtola ad Dioſcorũ. Et ſimiliter claritas corporis xp̃i: in tranſfiguratione deriuata eſt a diuinitate ipſius: vt Damaſ. dicit: ⁊ a gloria anime eius: quã a principio conceptionis habuit. Quod eni a principio conceptionis chriſti gloria anime non redundaret in corpus: ex quadam diſpenſatione diuina factum eſt: vt in corpore paſſibili: noſtre redemptionis expleret miſteria: Et eodem modo ex diuina ordinatione factum eſt: vt gloria anime redũdaret in corpus: in hora tranſfigurationis: vt oſtenderet diſcipulis gloriam future reſurrectionis: vt dictum eſt.

Ad ſecundam. q. ſic proceditur. Et videtur: ꝙ nõ conueniẽter ducti ſunt teſtes trãſfigurationis. ¶ Primo ſic. Vnuſquiſq; enim maxime perhibere põt teſtimoniũ de notis. Sed qualis eẽt futura gloria tempore tranſfigurationis chriſti: nulli hominũ per experimentum erat adhuc notum: ſed ſolis angelis: Ergo cõuenientius angeli debuerunt duci teſtes trãſfigurationis q̃ʒ homines. ¶ Secũdo ſic. Teſtes veritatis nõ decet aliqua fictio: Sʒ ſm veritatẽ Moyſes ⁊ Helias non fuerunt ibi vere ſed imaginarie: vt dicit quedam glo. Lu. xix. Ergo nõ fuerunt conuenientes teſtes. ¶ Tertio ſm quod dicitur Act. iij. Omnes prophete teſtimoniũ perhibent de xp̃o: Ergo nõ ſolum Moyſes ⁊ Helyas debuerunt intereſſe tanq̃ʒ teſtes: ſed etiam omnes prophete. ¶ Quarto ſic. Gloria chriſti fidelibus omnibus repromittitur: quos per ſuam tranſfigurationem ad illius glorie deſideriũ aſcendere voluit. Non ergo ſolos Petrum ⁊ Joannem ⁊ Jacobum in teſtimonium ſue tranſfigurationis aſſumere debuit: ſed omnes diſcipulos. ¶ In oppoſitum eſt preſens euangelium. Reſpondeo dicendum ſub iſta concluſione: ꝙ conueniẽter ſunt predicti teſtes ducti in teſtimonium tranſfigurationis chriſti. Iſta concluſio declaratur ſic. Chriſtus tranſfigurari voluit vt gloriam ſuam oſtenderet hominibus: vt ad eam deſiderandam homines prouocaret. Ad gloriam autem eterne beatitudinis adducuntur homines per chriſtum: non ſolum qui poſt eum fuerunt: ſed etiam qui eũ predeceſſerunt. Unde eo ad paſſionem p̃parante tam turbe que ſequebãtur: q̃ʒ que precedebant: ei clamabant o ſanna: vt dicitur. Math. xvij. quaſi ſalutem ab eo petentes: Et ideo conueniens fuit: vt de precedẽtibus ipſum: teſtes adeſſent. ſ. Moyſes et Helyas: ⁊ de ſequentibus vt petrus Jacobus ⁊ Jo. vt in ore duorum vel trium teſtimonium ſtaret oẽ verbum. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad primam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: quia chriſtus per ſuam tranſfigurationem manifeſtauit diſcipulis corporis gloriam: q̃ ad ſolos homines pertinet. Et ideo conuenienter non angeli: ſed homines pro teſtibus ad hoc inducuntur. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando minorem. Dicimus enim ꝙ in rei veritate fuerũt adducti Helias de loco quodam eminenti: ad quẽ fuerat raptus: vt habetur. iiij. Regũ. c. ij. Et ſic apparuit in corpore ⁊ in anima. Moyſes vero adductus eſt de limbo patrũ: nõ quia reſurrexerit: ſʒ q: anima apparuit ibi in corpore ſibi aptato: ſicut apparẽt angeli in corporibus aſſumptis. ¶ Ad gloſaʒ aũt inductã dr̃: ꝙ illa dicit ſumpta de libro: q i titulat de mirabilib⁹ ſacre ſcripture: q nõ ẽ liber autẽticus: ſʒ falſe aſcribit Auguſtino

Vñ illi glo. nõ eſt ſtandũ. ¶ Ad tertiã rñ-
detur negando ꝯñaȝ. Licet enim omnes ꝓ
ꝓphete teſtimoniũ xp̃o reddant: nõ debue
runt propter hoc intereſſe transfiguratiõi
xp̃i: ſed ſufficiebãt iſte due perſone: que ca-
pita ſunt propheta ꝝ: que ſingulariter inter
alios inducte ſunt: Tum primo quia eni tur
be dicebat xp̃m eſſe helyã: alij Hieremiã:
aut vnum ex ꝓphetis. Capita ꝓphetarum
ſecum duxit: vt ſaltem hinc appareat diffe-
rentia ſeruo ꝝ ⁊ dñi. Tuȝ ſecũdo: ꝙ Moy
ſes legem dedit. Helias pro gloria dei emu
lator fuit: ſᵐ qd̃ de eo ſcribitur. iij. Regũ.
xix. zelo zelatus ſum ꝓ dño exercituuȝ. Vñ
ꝓpter hoc: ꝙ ſimul cũ xp̃o apparent: exclu
ditur calũnia iudeo ꝝ accuſantiũ xp̃m: tan-
q̃ȝ legis transgreſſorem: ⁊ blaſfemum: dei
gloriã ſibi vſurpantẽ. Tũ tertio vt oſtende
ret ſe habere poteſtatẽ mortis ⁊ vite: ⁊ eſſe
iudicẽ mortuo ꝝ ⁊ viuo ꝝ: ꝑ hoc ꝙ Moy
ſem iaȝ mortuũ ⁊ Helyã adhuc viuentẽ ſe-
cum ducit. ¶ Ad quartã rñdetur negando
ꝯñam. Et rõ eſt: quia miſteria nõ ſunt omni
bus exponenda immediate: ſȝ per maiores
ſuo tẽpore ad alios debẽt ꝺuenire. Et ideo
vt Criſo. dicit aſſumpſit tres tanq̃ȝ potio-
res. Nam petrus excellens fuit in dilectio
ne: quã habuit ad xp̃m: ⁊ iterum in poteſta
te ſibi cõmiſſa. Joãnes vero in priuilegio
amoris: quo a xp̃o diligebatur propter ſuã
virginitatem: ⁊ propter prerogatiuã euan-
gelice doctrine. Jacobus aũt propter ꝓro-
gatiuam martirij. Fuit enim primus ante
alios diſcipulos paſſus martiriũ ꝓpt̃ xp̃m.

Ad tertiam. q. ſic proceditur.
Et videt̃ ꝙ petrus nõ erra-
uerit: dicendo bonum ẽ nos
hic eẽ: vel petẽdo tria taber
nacula ⁊c̃. ¶ Primo ſic. Di
cit glo. Bene nouerat: ꝙ diceret: dñ ait bo
nũ eſt nos hic eſſe: quia reuera ſolum ho-
minis bonũ eſt intrare in gaudiũ dñi ſui: ⁊
huic in eternũ cõtẽplando aſſiſtere. ¶ Se-
cũdo ſic. Dicit̃ in Pſ̃. Adherere deo bo-
nũ eſt: Sȝ hoc dicit Petrus: Ergo nõ erra
uit. ¶ In oppo. videt̃ illud ꝙ Marcus ⁊
Lucas dicũt. ꝙ Petrus hoc dicens neſcie
bat quid diceret. Rñdeo dicendũ: ꝙ i hoc
Petrus dicitur erraſſe multipliciṫ: vt colli
gitur ex glo. ſancto ꝝ patrũ. Primo in hoc
ꝙ credidit ꝙ in ſolo aſpectu humanita-
tis xp̃i conſiſteret beatitudo. Et ideo illud
ſufficere pro finali beatitudine: quod nõ ẽ
verum: quoniã beatitudo eſſentialis ꝯſiſtit
in aſpectu claro ipſius diuinitatis: ⁊ perfe-
cta eius fruitione. Accidentaliter autem cõ
ſiſtit in aſpectu humanitatis chriſti: ⁊ dele-
ctatione conſequente. Iſti autem apoſtoli q
admiſſi fuerũt ad transfigurationẽ: nõ vide
runt ipſius diuinitatem: ſed tantuȝ eius hu
manitatem in forma glorioſa. Unde verba
Petri non erant rationabilia: quia in ſolo
aſpectu humanitatis chriſti: nõ conſiſtit bea
titudinis eſſentia: vt dictũ eſt. Secundo di-
citur erraſſe: ſiue male dixiſſe: quia credidit
in hoc eſſe gloriam ſanctorum: que non eſt
hic: ſed in celis: ſᵐ illud Lu. x. Gaudete: ⁊
exultate: quia merces veſtra copioſa eſt in
celis. Tertio: quia credidit ꝙ in hac vita
mortali poſſit vera beatitudo haberi: con-
tra illud Apoſtoli ad Hebre. xiij. Non ha
bemus hic ciuitatem manentem: ſed futurã
inquirimus. Quarto: quia credidit: ꝙ do
mibus indigeremus pro beatitudine conſe
quenda: cum in illa celeſtis vite gloria: vt di
cit Beda domus neceſſaria non erit: vbi
diuine contemplationis luce omnia parifi-
cante aura aduerſitatis alicuius timenda
nulla remanebit: teſtante apoſtolo Joanne
Apocha. xv. qui eiuſdem ciuitatis ſuperne
claritatem deſcribens dicit. Inter alia: ⁊ tẽ
plum non vidi in ea. Deus enim omnipo-
tens templum illius eſt ⁊ agnus. Quinto
errauit: ſiue male dixit: ꝙ tria tabernacula
petit fieri: in hoc errauit. Dicit Albertus
ꝙ legis ⁊ prophete ⁊ euangelij non ſunt
tres habitationes: ſed vna: que eſt eccleſia.
Apocha. xxj. Ecce tabernaculum dei cum
hominibus. Unde glo. Marci. ix. de iſtis
ita dicit. Petrus oblitus ſanctis regnũ pro

mitti non in terris ſed in celis: ⁊ ſe ⁊ coapo
ſtolos adhuc mortali carne indutos: immor
talis vite ſtatum ſubire non poſſit: domum
etiam manufactam neceſſariam non eſſe.
Legi quoqꝫ ⁊ prophetis etiam euangelio
tria tabernacula facere cupit: cum non poſ
ſint ſeparari: in vnum inciata tabernaculũ
i. eccleſia dei. Sexto dicitur erraſſe: quia cõ
parauit chriſtuꝫ alijs dicẽs: tibi vnũ: Moy
ſi vnum: helye vnum ⁊c. quod non debet
fieri quia nihil ẽ comparabile chriſto Job.
xxxij. Deum homini nõ equabo. Unde vt
ait gloſa in preſenti euangelio: quia Petrꝰ
imprudenter queſiuit: reſponſionem domi
ni non meruit: ſed vox patris teſtatur de fi
lio ⁊c. ¶ Ad rationes in oppoſitũ. ¶ Ad
ꝑmam reſpõdetur ꝙ Petrus dicendo bo
num eſt nos hic eſſe: ſi vellet pro finali bea
titudine ſufficere ſibi viſionem ſolam hu-
manitatis chriſti: errabat vt dictũ ẽ. ¶ Ad
ſecundam patet eadem reſponſio.

¶ In dominica tertia quadrageſime ẽ euã
gelium In illo tempore Erat Jeſus eijciẽs
⁊c. Lu. xi. Circa quod poſſunt he queſtio-
nes diſputari.

¶ Prima eſt: vtrum xp̃s ſufficienter oſtẽ-
dit ſe non in belzebub: ſed in virtute dei eij-
cere demonia:

¶ Secunda: vtrum ſufficiens fuit illud ar
gumentuꝫ chriſti. Si in digito dei eicio de-
monia: profecto venit in vos regnum dei.
i. xp̃s ſiue meſſias ꝓmiſſus in lege venit.

¶ Tertia eſt: vtrũ cõueniens fuit ꝙ carnẽ
ſumeret d̕ femina: quia dicitur beatus ven
ter ⁊c.

AD ꝑmã. q. ſic ꝓcedit̃. Et vi-
detur ꝙ chriſtus nõ ſufficiẽ-
ter oſtendit ſe: non in belze-
bub eijcere d̕monia: ſed in v̕
tute dei. ¶ Primo ſic. De-
mones cum inter ſe habeant prelationeꝫ: vt
minor maiori imperanti obediat ⁊ ſeruiat:
non dubium videtur quin imperio ſupio-
ris inferior demon poſſit expelli ab homi-
ne: Ergo ⁊c. ¶ Secundo arguitur ex dicto
ſancti Tho. qui hoc dicit ꝙ v̕tute ſuperio-
rum demonuꝫ alij demones expellabãtur.
¶ Tertio idem arguitur: ꝙ nigromantici
religare quandoqꝫ dicuntur demones: per
illicitas incantationes: Ergo per eaſdẽ poſ
ſunt ſoluere eos de corporibus hominum:
⁊ ſic eicere. ¶ In oppoſitum videtur eſſe
euangelium preſens. Reſpondeo. Scien
dum autem ẽ primo: ꝙ pharifei odio habe
bant Chriſtum: quia acriter arguebat eorũ
vicia. Et ideo miracula ab ipſo facta virtu-
te diuina: dicebant eſſe facta arte magica: ⁊
eodem modo eiectionem demonum factaꝫ
ꝑ chriſtum: dicebant fieri virtute cuiuſdam
ſuperioris demonis: cui inferiores obedie-
bant: ad nutum de corporibus exeundo. Si
cut enim in angelis ſunt ordines: ⁊ alij alijs
ſunt ſuperiores: ſic in demonibus: cũ in eis
remanſerint naturalia integra ſm̃ Diony.
Dicebant eniꝫ phariſei: ꝙ xp̃s habebat ali
quem demonem ſuperiorẽ: quẽ vocabant
Belzebub ſibi familiare: ⁊ priuatum: ⁊ ſic
demones inferiores d̕ corporibus obſeſſis
eiciebant per illum. Secundo ſciendum: ꝙ
vt dicit ſanctus Tho. in tertia parte. q. xliij.
ar. ij. Aliter chriſtus expellebat demones:
q̃ꝫ virtute demonum. Expellebantur nam-
qꝫ virtute ſuperiorum demonuꝫ: demones
a corporibus: ſed tamen remanebat do-
minium eorum: quantum ad animas. Non
enim contra regnum ſuum diabolus agit:
ſed chriſtus depellebat non ſolum a corpo-
re: ſꝫ multo magis ab anima. Unde Augu
ſtinus libro. lxxxiij. q. lxxviij. Quom impio
vel inuocatione alterius demonis demon
exit a corpore iam non eicitur: ſed magis in
tima ingreditur operando: ſm̃ apoſtoluꝫ in
filios diffidentie. Chriſtus autem remoue-
bat a corpore ⁊ ab anima. Non enim prin-
cipaliter intendebat ſanitatem corporis: ſed
anime: vt patet ex illo Jo. v. Ecce ſanus fa
ctus es: iaꝫ noli peccare: ne deterius tibi ali
quid contingat. Iſtis notatis ponitur con-
cluſio reſponſalis: ꝙ ſufficienter chriſtus ſe
oſtẽdit eicere: non in Belzebub: ſed in vir

tute dei eijcere demonia. Prima ratio chri
ſti. Si ſathanas ſathanam eijcit: tã.ſ. in cor
pore quã in anima: tunc cum diuiſio ſit in-
ter demones: quomodo ſtabit regnum ei⁹?
cum omne regnum in ſe diuiſum deſolabi-
tur: quaſi diceret vt inquit Hiero. Regnũ
diaboli ſtat in peccatoribus: vſq; ad diez iu
dicij: quia tũc euacuabitur omnis poteſtas.
Unde ſi hoc iam eſſet: eſſet iam finis mun
di. Uel ſic ſm̃ hylarium. Si de poteſtate
mea eſt: ꝙ ego faciam ꝙ vnus demon ex-
pellat alium: ergo ego deſtruo regnum dia
boli: ⁊ ex hoc debetur mihi adherere. Se-
cũdo ſic. Si ego eijcio in Belzebub demo
nia: filij veſtri.ſ. apoſtoli de eorum carne de
ſcendentes: vel alij quidam iudei q̄ nõ erãt
de diſcipulis chriſti: qui non in nomine chri
ſti eijciebant demonia: in quo eijciunt: ſi di
citis illos eijcere demonia ĩ virtute dei: idẽ
debetis confiteri de me. Tertio ſic probat:
quia demonem expellere de regno ſuo nõ
poſſem niſi eſſẽ fortior eo: nec eum vincere
poſſem: niſi virtute diuina: cum non ſit po-
teſtas in terra: que comparetur ei. Job. xli.
Quarto ſic. Qui non eſt mecum ⁊c: rõ eſt
talis. Uoluntas ei⁹: que obedit alicui: ẽ cõ-
formis voluntati illius cui obedit: ſaltem in
facto. Si ergo chriſtus in virtute demonis
faceret miracula: ſequeretur: ꝙ chriſtus et
demones eſſent cõcordes in factis. Hoc au
tem eſt falſum: quia facta chriſti ⁊ doctrina
erant ad remouendum homines a pecca-
tis. facta autem demonis ad deſtruendum
homines per peccatuz. Ex quo ſequitur ꝙ
chriſtus nõ operatur in virtute demonis.
Et hoc eſt ꝙ dicit. Qui non eſt mecuz per
concordiam in facto ⁊ voluntate contra me
eſt. Et huiuſmodi eſt diabolus qui non col
ligit mecum. Chriſti enim eſt colligere. de-
monis eſt diſpergere: ⁊ ſic regnum chriſti
cum regno demonum nullam habet cõmu
nicationez. Colligit enim chriſtus p̃mo paſ
ſiones in formam virtutis: actiones ad nor
mam rectitudinis. electiões ad prudentiã
rationis. animales vires ⁊ motus ad men
ſuram bene conſtitute mentis: diuerſas ⁊ di
ſcurrentes ⁊ vagas cogitationes ad ↄtẽpla
tionem intellectus diuini: multitudinem to
tam operum in vnum ſimplicis intentiõis:
multitudinem credentium in vnitatem cor
dis: multitudinem omnium in omnibus na
tionibus ad vnitatem vnius ouilis ⁊ cure
paſtoralis: Et ſic ſemper chriſt⁹ in colligẽdo
eſt et congregando. Unde Auguſtinus in
x. Confeſſionum. In omnibus que mente
percurro: non inuenio locum tutum anime
mee: preter te: in quo colliguntur diſperſa
mea. Contrario autem modo vt dicit. Al-
bertus magnus diſpergit diabolus: qui di
uiſionis pater eſt ⁊ origo. Diſpergit enim
in varietatem paſſionum deſideria peccan
tium. diſpergit incorruptionem: actionem:
multitudinem operum iniuſtorum. diſper-
git volnntatem in diuerſitatem eligibilium:
diſpergit mentis menſuram per diuerſita-
tez animalium motuum. diſpergit intellectũ
in euagationes cogitationum inutilium: diſ
pergit intentionem per diuerſitatem finiuz
intentorum. diſpergit credentes in contra-
rietatem diſcordiarum: vnitatem ecclesia-
rum in diuerſitatem errorum Jo. x. Lupus
diſpergit oues. ¶ Ad rationes in oppoſi-
tum. ¶ Ad primam dicendum: reſponde-
tur multipliciter. ¶ Primo negando con
ſequentiam. Et ratio eſt: quia licet poſſibile
ſit poteſtati ſuperiorum demonum ꝙ aliq̄s
demon poſſit eijci aut expelli de corpore ſo
lo hominis: non tamen de anima. Chriſtus
autem eijciebat demonia non ſolum a cor-
poribus: ſed ab anima: vt dictum eſt. ¶ Se
cundo reſpondetur: ꝙ quando diabolus p̃
cepto ſiue imperio ſuperioris exit: non dici
tur proprie eijci: ſed voluntarie ex obedien
tia exire: quia eijcere dicit quid violentuz.
Chriſtus autem eijciebat demonia violen-
ter: ⁊ contra voluntatem eorum. Unde ge-

mẽtes clamabant. Filij Dauid quid no-
bis ⁊ tibi: veniſti ante temp⁹ torquere nos?
Math. ix. ¶ Tertio reſpondetur: ꝙ licet
demon videatur expelli: non eſt tamen ve
ra expulſio: ſed ficta ⁊ ſimulata ad deceptio
nem: ſed tantum ceſſat a vexatione ⁊ leſio
ne: quam intulerat: ſicut aliquando oſtẽdũt
ſe egros curare: non ſanitatem conferendo
ſed a leſionibus quas infirmis inferunt ceſ
ſando. ¶ Ad ſecũdã rationem reſponde-
tur: vt dictũ ẽ ex ipſo dicto ſancti Thome.
¶ Ad tertiam reſpondetur dupliciter: pri-
mo ſicut ad primum. Secundo poteſt dici
vt dicit Nicolaus de lira in hoc euangelio
ꝙ ſm ꝙ dicit Hierony. licet arte magica
poſſunt aliqua miracula fieri: tamen illa ꝑ
tinent ad curioſitatem tantum: ⁊ vanitatem
ſicut Symon magus faciebat ſtatuas am-
bulare: loqui: ⁊ ridere: ⁊ conſimilia: vt ha-
betur in itinerario clementis: Sed illa que
ſunt ſalubria: vt curatio languidorum: illu-
minatio cecorum: ⁊ huiuſmodi: nõ poſſunt
magicis artibus fieri. Et ideo oportet talia
attribui diuine ꝟtuti. Et talia faciebat xp̃s.

A Secundam. q. ſic procedi-
tur. Et videtur ꝙ nõ ſit ſuffi
ciens argumentum illud chri
ſti: ſi i digito dei eijcio demo
nia profecto venit in vos re-
gnũ dei. i. chriſtus: ſiue meſſias promiſſus
in lege venit. ¶ Primo ſic. Legitur ꝙ Sa
lamon vt dicit Beda ſuper Act. apoſtolo-
rum. xix. Excogitauit ⁊ docuit exorciſmos:
quibus immundi ſpiritus expulſi ab homi
nibus: non audebant ad homines reuerti.
Si illa expulſio non fuit argumentũ aduẽ
tus regni chriſti: ergo nec expulſio demo-
num facta per chriſtum. Conſequentia vi-
detur bona. ¶ Secundo ſic. Chriſtus ope
ra magis miraculoſa fecit q̃ʒ eijcere demo
nia: Sed ex alijs operibus non intulit hoc
argumentũ aduentus regni ſui: Ergo nec
ex hoc videtur argui. ¶ Tertio ex euange
lio preſenti. Filij iudeorũ: ſiue dicãtur apo
ſtoli: ſiue alij exorciſte: faciebant miracula
in virtute dei: Sed ex opere illorum non in
fertur hoc argumentum: Ergo nec ex fa-
cto chriſti. ¶ In oppoſitum eſt verbũ chri
ſti. Reſpondeo dicendum ſub iſta conclu-
ſione ꝙ argumẽtum chriſti: quo arguit: Si
in digito dei eijcio demonia: profecto ve-
nit in vos regnum dei: eſt efficaciſſimum.
Quod ſic oſtenditur: vt dictum eſt in con-
cluſione ſuperiori: chriſtus eijciendo demo
nia ab hominibus non ſolum eijciebat a
corporibus violenter contra voluntatem
demonum: ſed principaliter ab animabus
in quibus regnabat diabolus per pecca-
tum: et ita chriſtus diminuebat: ſiue eua-
cuabat regnum diaboli: et dilatabat re-
gnum ſuum: negando in cordibus homi-
num per fidem. De quo dicitur. Luc. ij.
Regni eius non erit finis. Et. i. Corin. xv.
Oportet autem illum regnare ſcilicet per
fidem: donec ponat inimicos eius ſub pe-
dibus eius. Hec autem poteſtatis demo-
num debilitatio: ſiue diminutio: ſignũ erat
aduentus regni chriſti: ſm illud Numeri.
xxiiij. Orietur ſtella ex Jacob: quia in na-
tiuitate chriſti ſtella apparuit: que magos
ad chriſtum natum perduxit: vt habetur
Math. ij. Et ſurget virga de iſrael. i. chri
ſtus: ſecundum poteſtatem regiam. Unde
de ipſo dicitur Pſal. ij. Reges eos in
virga ferrea: percutiet duces. i. ydolatras.
Unde per chriſti aduentum: deſtructa eſt
ydolatria: et vaſtauit omnes filios Se-
dech. i. omnes populos ſubijciet fidei ca-
tholice ante finem mundi: licet nondum
ſit impletum. Item yſa. liii. de eo dicitur
Fortium diuidet ſpolia: pro eo ꝙ tradidit
in mortem animam ſuam: fortium. i. de-
monum. Chriſtus ſpolia diuiſit: tũ patres
de limbo in ſua reſurrectione extrahendo:
tũ potentiã eorũ diminuendo. Itẽ Ezechi.
xxxiiij. Suſcitabo paſtorẽ veſtrũ ſeruũ meũ

Dauid.i.xp̃m: q de Dauid deſcẽdit ſꝫ car
nẽ. Mat.i. Et ceſſare faciam beſtias peſſi
mas de terra.i.potẽtias diaboli: q̃ p mortẽ
xp̃i diminute ſunt: ⁊.ĳ.⁊ ſciẽt.ſ. Iſrael: quia
ego dñs cũ contriuero cathenas iugi eorũ:
⁊ eruero eos de manu.i.poteſtate imperã-
tiũ ſibi.i.ꝑncipũ dmonioꝝ. Itẽ Zacha.xiij.
dicitur. Spiritũ immũdum auferã de terra
Ecce manifeſtũ: Ergo omnia hec completa
ſunt per paſſionem xp̃i. Unde Jo.xij. xp̃s
inſtante paſſione princeps huius mũdi ei-
cietur foras. Quom ergo iſta fienda eſſent
per xp̃m: efficaciſſimum argumentum erat
xp̃i cum dicebat. Si in digito dei ideſt vir-
tute diuina eicio demonia: nõ ſolum ab ho
minuꝫ corporibus: ſed etiam ab animabus
profecto venit in vos regnuꝫ dei ideſt xp̃s
promiſſus: qui expulſo dominio demonis:
regnaturꝰ ẽ ꝑ fidẽ ĩ cordibꝰ fideliũ. Q: etiã
dictũ eſt: ꝙ per chriſti paſſioneꝫ liberati fui
mus a poteſtate diaboli: ⁊ nihilominus vi-
demus: ꝙ adhuc nocet hominibus: quantũ
ad animas tentando: ⁊ quãdoqꝫ vexando:
quantum ad corpus: eſt pro noticia plenio-
ri veritatis huiuſmodi ſciendũ: ꝙ vt dicit
ſanctus Thomaſ. poteſtas demonis in duo
bus conſiſtit ſcilicet impugnando: ⁊ detinẽ
do deuictos. Ex eo auteꝫ ꝙ quis impugna
tur: nõdum ſeruus factus eſt: ſed ex eo ꝙ vi
ctus eſt: vt patet.ij. Petri.ij. Deuicerat au
tem diabolus totum genus humanũ in pri
mis parẽtibus: ⁊ eis domiñabatur: dũ eos
ad hoc ſecundum ſuum votum deduxerat:
vt nullus paradiſi ianuam intraret. Deuin
cit vnũquenqꝫ ſingulariter: dum eũ ad pec
catũ inclinat: quia qui facit peccatum: ſuus
eſt peccati. Poteſtatem ergo diaboli: qua
victos detinet: xp̃s per paſſionem ammo-
uet: quantum ad ſufficientiam: quãuis non
quantum ad efficaciam: niſi in illis: qui viꝫ
paſſionis ſuſcipiunt per fidem: ⁊ caritatem
⁊ ſacramenta. Et per hoc dicitur dominiũ
euacuaſſe. Unde quia iam diabolus nõ po
teſt impedire ſanctos a conſecutione glorie
ſicut faciebat ante: ſed poteſtateꝫ qua impu
gnat nõ euacuauit ſed debilitauit: dum ip-
ſum vicit: ⁊ dum hominibus auxilia multa
ad reſiſtendum tribuit: ſicut ſacramẽta gra
tiam habundantiorẽ ⁊ alia huiuſmodi. Un
de licet diabolus permittatur tentare ho-
mines: ad exercitium ⁊ meritum ſanctoruꝫ:
nõ tamen de facili ſuperat: inquãtuꝫ homo
plura remedia habet. ¶ Ad rationes ĩ op
poſitum. ¶ Ad primam rñdetur negando
cõſequẽtiaꝫ. Et ratio eſt duplex. Una quia
expulſio demonum facta per exorciſmos
erat tantum a corporibus: nõ ab animabꝰ.
Secunda rõ eſt: quia xp̃s propria virtute ⁊
poteſtate: demones expellebat tam de cor-
poribus q̃ꝫ de animabus. Alij vero nõ ni
ſi mẽdicata a deo vel diabolo. ¶ Ad ſecũ
cũdaꝫ rñdetur negãdo aſſumptum: Unde
xp̃s ad.q. ꝓpoſitam ſibi per diſcipulos Jo
annis: tu es qui venturus es: an alium ex-
pectamus: hoc modo rñdit dicens. Euntes
renunciate Jo. que audiſtis ⁊ vidiſtis: ceci
vident: claudi ambulabant: leproſi mundã-
tur: ⁊c̃. quaſi diceret. Quom iſta facio pro-
pria virtute: ꝑfecto ego ſum qui venturus
erat: ⁊ nõ eſt alius expectandus. Item Jo.
i. dicit. Si opera nõ feciſſem in eis: que ne-
mo alius fecit: peccatũ nõ haberẽt infideli
tatis in me. Et ita pꝫ ꝙ virtualiter ex operi
bus ſuis arguebat regnum ſuum ⁊ domi-
nium veniſſe. Decipiebantur autem iudei
in hoc: quia iſtud regnum chriſti ſpirtiuale:
futurum temporale credebant. Queꝫ erro
rem eis excludit chriſtus dicens Joã.xiiij.
Regnum meũ nõ eſt de hoc mũdo. ¶ Ad
tertiam rñdetur ſicut dictum eſt: ad primã:
Et hec de iſta concluſione.

Ad tertiam.q. circa illud bea
tus vẽter qui te portauit ⁊c̃.
ſic proceditur. Et videtur ꝙ
non fuit conueniẽns ꝙ chri-
ſtus carnem ſumeret de femi
na. ¶ Primo ſic: Sexus maſculinus ẽ no
bilior: q̃ ſexus femininus: Sed magis de
cuit vt xp̃s aſſumeret id: quod eſt perfectũ
in humana natura: Ergo videtur ꝙ non

fuit cōueniens ꝙ xp̄s carnem aſſumeret
de femina: ſed de viro ſicut Eua de coſta
Ade viri formata eſt. ¶ Secundo ſic. Qui
cūqꝫ ex femina concipitur: vtero femineo
clauditur: Sed deo: qui celum ⁊ terrā im-
plet: vt dicitur Hiere. xxiij. nō cōpetit vt par
uo femineo vtero includatur: Ergo videt
ꝙ nō debuit ꝯcipi de femina. ¶ Tertio ſic
Illi qui cōcipiūtur de femina: aliquā im-
mundiciā patiūtur. Vñ Job. xxv. Nunqd
pōt hō apparere mūdus: natus de mulie-
re? Sed in xp̄o nulla immundicia eſſe de-
buit. Ergo nō videtur fuiſſe cōueniens: vt
carnē de femina ſuſciperet. ¶ In oppoſi.
eſt euāgeliū pn̄s. R̄ndeo dicendū: ꝙ lꝫ filiꝰ
dei carnē humanā aſſumere potuerit: de q̄
cunqꝫ materia voluiſſet: cōuenientiſſimum
tñ fuit vt de femina carnē acciperet. Tū p̄
mo quia per hoc tota natura nobilitata eſt.
Vñ Augu. libro. lxxxiij. q. Hominis libera
tio in vtroqꝫ ſexu debuit apparere: ergo q:
virū oportebat ſuſcipere: q: ſexus hono-
bilior eſt: cōueniens erat vt feminei ſexus li
beratio huic appareret: q: ille vir de femi-
na natus eſt. Tū ſecūdo q: per hoc veritas
incarnationis aſtruitur. Nam vt dicit Au-
guſti. in epiſtola ad Voluſianū. Si oīpotēs
deus hominē vbicūqꝫ formatū nō ex ma-
terno vtero cauſaret: ꝫ repētinū afferret aſ
pectibus: nōne opinionē cōfirmaret erro-
ris: nec hominē verū ſuſcepiſſe vllo modo
crederetur: ⁊ dū oīa mirabiliter facit aufer
ret: quod miſericorditer fecit. Nunc vero
ita inter deū ⁊ hominē mediator apparuit:
vt in vnitate perſone copulās vtraqꝫ natu
rā: ⁊ ſolita ſublimaret inſolitis: ⁊ inſolita ſo
litis tēperaret. Tū tertio: ⁊ eſt rō Anſelmi.
quia per hunc modum completur oīs di-
uerſitas generationis humane. Eua vero
ꝓducta eſt ex viro ſine femina. ceteri homi
nes producūtur ex viro ⁊ femina. Vñ hoc
quartū quaſi xp̄o relinquebatur propriū: vt
ꝓduceretur ex femina ſine viro. ¶ Ad ra
tiones in oppo. ¶ Ad primam r̄ndetur ne
gando ꝯñam Et ratio eſt: quia ideo: ꝙ ſexꝰ
maſculinus nobilior ē: quā femininus: ideo
humanā naturam in maſculino ſexu aſſum
pſit: ne tamē ſexus femininus contēneretur
congruum fuit: vt carnem aſſumeret de fe
mina. Vñ Auguſt. dicit libro ꝺ agone xp̄ia
no. Nolite voſipſos contēnere viri: filius
dei virum ſuſcepit: nolite voſipſas contem
nere femine: filius dei natus eſt ex femina.
¶ Ad ſecundam r̄ndetur negando ꝯſequē
tiā. Et ratio eſt: quia ſicut dicit Augu. tertio
libro contra Fauſtū: qui hac obiectiōe vte
batur. Nō plane īquit catholica fides: que
xp̄m filium dei natum ſecūdum carnē cre-
dit ex virgine: vllo modo eundem dei filiū
ſic in vtero mulieris includi: ꝙ extra nō ſit:
quaſi celi ⁊ terre amminiſtrationem deſer-
uerit: ⁊ quaſi a patre receſſerit. Unde licet
nō conueniat xp̄o ſm̄ diuinitatem includi ī
ventre femine: pōt tamē conuenire ratione
nature humane aſſumpte: ſm̄ quā potuit
mori: licet ſm̄ diuinitatē immortalis fuerit.
¶ Ad tertiam r̄ndetur negando maiorem
Ratio ē: quia immundiciam illam patiun
tur concepti ex cōmixtione maris ⁊ femine
Hoc autem non habet locum in conceptio
ne filij dei de ſpiritu ſancto ⁊ ex Maria ꝟ
gine. Et ideo dicit Damaſ. iij. libro ꝙ filiꝰ
dei cōſtruxit ſibiipſi ex caſtis ⁊ puriſſimis
ſanguinibus carnē animatā anima rōnali.
¶ In dominica quarta ē euangeliū Abijt
Jeſus tranſnare ⁊c. Jo. vi. Circa qͦ poſ-
ſunt hec diſputari.
¶ Primo: vtrum conuenienter xp̄s ſacia-
uit quinqꝫ milia hoīuꝫ de quinqꝫ panibus
qui reperti ſunt apud quendā in ſocietate.
¶ Secundo: vtrum conuenienter xp̄s ſa-
ciauit quinqꝫ milia de panibus ordeaceis ⁊
non de tritico.
¶ Tertio: vtrum xp̄s fuerit verus ꝓphe-
ta ſicut dicitur in euangelio.

Ad primam. q. ſic proceditur
Et videtur ꝙ conuenientius
xp̄s ſaciaſſet qnqꝫ milia ho-
minū ꝺ alijs panibꝰ. ¶ Pri
mo ſic. Maius miraculum

fuiſſet ſaciare tantum multitudinem de pa
nibus nouiter creatis: q̃z de panibꝰ pꝛeexi
ſtentibus: Ergo videtur ꝙ conueniẽtius ſa
ciaſſet illos de illis. ¶ Secũdo ſic: Panes
illi ſaciare nõ poterant tantã multitudinem
niſi multiplicati: Sed multiplicatio non vi
detur poſſibilis: Ergo ⁊c̃. Pꝛobat minoꝛ
ſic. Materia non põt traſmutari de parua
quãtitate in magnã: niſi per rarefactionẽ: ſi
cut ex vno pugillo aque generãtur .x. gutte
Uel per alterius materie additionẽ. Sed
nõ eſt dicendũ ꝙ per rarefactionem multi
plicati ſunt panes: vt pꝫ: Ergo opoꝛtebit di
cere ꝙ per additionẽ exterioꝛis materie: ꝙ
opoꝛtebit multũ amplius eẽ: q̃z quinqꝫ pa
nes. Quom ergo vnũquodqꝫ denominan
dum ſit a maioꝛi parte: videtur ꝙ non de-
beat dici quinqꝫ milia hominum ſaciatos
eſſe ex quinqꝫ panibus: ſed ex alia materia
addita. ¶ Tertio ſic. Si aliqs dicat: ꝙ mul
tiplicatio facta eſt panum ſine additione cu
iuſcunqꝫ exterioꝛis materie: vel noue crea
te: contra quod: hoc videtur non bene intel
ligibile: ꝙ aliquid ſit in ſubſtantia magnus
ſine additione alterius rei: vt pꝛobat ſanctꝰ
Thomas in pꝛima parte .q. xcij. ⁊ in ſecũdo
ſcripto di. xviij. ¶ In oppoſitum eſt euan-
gelium pꝛeſens. Reſpondeo dicendum: ꝙ
xp̃s conueniẽtius ſaciauit quinqꝫ milia ho
minuꝫ ex quinqꝫ panibus: qui reperti ſunt
in ſocietate ſua: q̃z ex nouiter creatis. Pa-
tet concluſio: quia licet xp̃s potuerit paſce-
re turbas ex panibus nouiter creatis: vo-
luit tamen ex panibns pꝛeexiſtentibus mul
tiplicatis illas reficere duplici rõne. Pꝛi-
mo vt oſtẽderet ſenſibilia a diabolo ⁊ nõ
eſſe: ſicut Manichei errantes dicunt. Naꝫ
ſi hoc verum eſſet: deus non vteretur ſenſi
bilibus ad opus diuine laudis: pꝛecipue cũ
ipſe venerit: vt diſſolueret opera diaboli:
vt dicitur .i. Jo. iiij. Secunda ratio: vt oſten
dat: falſum eſſe: ꝙ ipſi Manichei dicunt. ſ.
doctrinam veteris teſtamẽti non eſſe a deo
ſed a diabolo. Ut ergo oſtenderet non eẽ
aliam doctrinam noui teſtamẽti: q̃z que pꝛe
figurabatur: ⁊ continebatur in doctrina ve
teris teſtamẽti: pꝛeexiſtentes panes multi-
plicauit: innuens ꝙ ipſe eſt: qui legem ⁊ pꝛe-
fecit: ⁊ adimpleuit Mat. v: Non veni le-
gem ſoluere: ſed adimplere. Sic patet: rñ-
deo ad pꝛimũ argumentum in oppoſitum.
¶ Ad ſecundam rñdetur: ꝙ hic eſt triplex
modus dicendi. Unus eſt: ꝙ xp̃us panes
multiplicauit per additionem materie no-
uiter create. Alius modus dicendi eſt: ꝙ ꝑ
additionem alterius materie in foꝛmã pa-
nis inuiſibiliter inducendo. Et iſte modus
dicẽdi eſt ſancti Tho. Unde ſic dicit in ter
tia parte. Multiplicatio panum nõ ẽ facta
per modum creationis: ſed per additioneꝫ
extranee materie in panes conuerſe. Un-
de Auguſtinus dicit ſuper Jo. Unde multi
plicauit de paucis granis ſegetes: ide ĩ ma
nibus ſuis multiplicauit .v. panes. Mani-
feſtum eſt autem ꝙ per conuerſionem ma
terie pꝛeexiſtentis grana multiplicantur in
ſegetes: eiuſdem ſententie eſt in pꝛima par-
te .q. xcij. ⁊ in ſecũdo ſcripto di. xviij. Et ad
pꝛobationem contra: reſpondetur negãdo
conſequentiam: Et ratio eſt: quia materia:
que additur: in panes illos conuertitur: Et
ideo ex illis panibus: dicitur quinqꝫ milia
hominum ſaciaſſe. Tertius modus dicen-
di eſt: ꝙ multiplicauit in ſeipſis: nihil noui-
ter creando: nec aliquid addendo ad libitũ
ſue diuinitatis. Iſtum modum dicendi te-
nẽt aliqui antiqui: ſicut Hugo de ſancto vi
ctoꝛe: ⁊ Magiſter ſententiarum: ⁊ dominꝰ
Albertus magnus: quemadmodum dicũt
coꝛpus Eue foꝛmatum de coſta Ade. Di-
cunt enim. Sicut deus poteſt de nihilo ali
quid facere: ita modicum coꝛpus in magnũ
conuertere. Sed iſtum modum impꝛobat
ſanctus Tho. ſicut in intelligibile: ſicut di-
ctuꝫ eſt in tertio argumento.

AD ſecundam .q. ſic ꝓceditur
Et videtur ꝙ conuenientius
ſaciaſſet xp̃s turbas illas ex
panibus triticeis q̃z oꝛdea-
ceis. ¶ Pꝛimo ſic. In mira

culo vini: optimum vinum fecit ex aqua: er
go videtur ꝙ conuenientiori modo debuit
frumẽtaceũ panez facere ex panibus ordea
ceis: ⁊ ex illis turbas ſaciare. ¶ Secundo
ſic. Illud miraculum eucharistiam princi⸗
paliter ſignificat: Ergo videtur ꝙ debuit
turbas ſaciare de panibus frumenti: cuz ta
lis ſit materia ſacramenti eucharistie: ⁊ nõ
de ordeo. ¶ Tertio: quid eſt: ꝙ fragmenta
excreuerunt vſqꝫ ad numerum. xij. cophi⸗
norum: videtur eſſe ad quandam oſtẽtatio
nem. ¶ In oppoſitũ eſt euangeliuz pñſens.
Respondeo dicendum: ꝙ conuenientiſſi⸗
me factum eſt: quicquid a xp̃o factum eſt:
cum ſit ſapientia: omnia ſuauiter diſponẽs.
¶ Ad rationes in oppoſituz. ¶ Ad ꝑmaz
rñdetur negando conſequentiam: Et ratio
eſt iuxta Albertum: ꝙ aliud eſt hic: ⁊ aliud
ibi. Illud enim miraculum de conuerſione
aque in vinum deſeruiuit iocunditati nubẽ
tium. Et ideo conueniebat aquam mutari ĩ
liquorem: iocunditatez facientem. Iſtud au
tem deſeruiuit neceſſitati cõmunis turbe:
Et ideo a forma neceſſitati ſeruienti: illum
panem non mutauit: maxime vt dicit Cri⸗
ſo. ne gule deſeruire videretur. Preterea
xp̃s noluit creare panes de nouo: ſed ꝑexi
ſtentes multiplicauit: vt miraculum eẽt ma
gis notum: quia talis multiplicatio eorũdẽ
panum: magis eſt perceptibilis qꝫ creatio.
¶ Ad ſecundam reſpondetur negãdo cõ⸗
ſequentiã. Et ratio eſt: ſm Albertuz: q: hoc
miraculum eſt ſignum remotuz eucharistie
Et ideo expreſſam ſimilitudinẽ in materia
nõ habuit. ¶ Ad tertiaz rñdetur: ꝙ xp̃s nõ
fecit impleri illos cophinos ad aliquã oſtẽ
tationez: ſed vt oſtẽderet factũ miraculũ: nõ
eſſe fantaſticuz: per hoc: ꝙ collecte reliquie
domini cõſeruate ſunt: ⁊ alijs in cibum fue
runt. Qð aũt. xij. Cophini fragmentoꝝ im
pleti ſunt: non a caſu: ſed ex diuina diſpoſi⸗
tiõe impleti ſunt: ſm numerum. xij. Apoſto
loꝝ ſignat: vt dicit Albertus magnꝰ: ꝙ de
reliquijs xp̃i: que per quinqꝫ panes ſignifi
cantur: excreſceret doctrina apoſtolica in ſa
turitatem mundi.

Ad tertiam. q. ſic ꝓceditur.
Et vr̃ ꝙ xp̃s nõ fuerit ve⸗
rus propheta. ¶ Primo
ſic. Prophetia videtur im
portare quandam obſcurã
⁊ imperfectaz noticiaz: ſm
illud Numeri. xi. Si quis fuerit inter vos
propheta domini: per ſomnũ: aut per viſio
nem: loquar ad euz: Sed xp̃s habuit plenã
⁊ perfectam noticiaz: Ergo non fuit dicen⸗
dus propheta. ¶ Secundo ſic. Fides ẽ eo
rum: que non habentur: Ita prophetia eſt
eorum: que nõ ſunt preſentia ſed diſtãt. Nã
ꝓpheta dicitur quaſi procul fans: Sꝫ ĩ xp̃o
non ponitur fides nec ſpes: Ergo nec pro
phetia. ¶ Tertio ſic. Propheta eſt inferio
ris ordinis: qꝫ angelus: Sed xp̃s non ẽ mi
noratus ab angelis: ſecundum noticiam ani
me: ſed ſolum ſecundũ corporis paſſionez:
vt dicitur ad Hebre. ij. Ergo videt̃ ꝙ xp̃s
nõ fuit propheta. ¶ In oppoſitum eſt euã
gelium preſens. Rñdeo primo: ꝙ xp̃s in⸗
quãtum fuit viator: aliquomodo potuit di
ci propheta: ſicut dicitur Deut. xviij. Pro
phetaz ſuſcitabit tibi deus de fratribꝰ tuis:
Et ipſe de ſe dicit Mat. xiij. ⁊ Io. iiij. Nõ
eſt propheta ſine honore: niſi in patria ſua.
Pro quo ſciendum iuxta ſanctum Tho. ſu
per Io. ꝙ propheta dicitur videns. i. Re⸗
gũ. ix. Qui nunc dicitur propheta: olim vo
cabatur videns. Viſio ad vim cognoſciti⸗
uam pertinet. In chriſto autez triplex fuit
cognitio. ſ. ſenſitiua. Et ſm hanc habuit ali
quam ſimilitudinem cuz prophetis: inquã⸗
tuz in imaginatione xp̃i: formari potuerunt
alique ſpecies ſenſibiles: quibus futura vel
occulta preſentarent̃: precipue propter paſ
ſibilitatem: que ſibi conueniebat ſm ſtatuz
viatoris. Item fuit in chriſto cognitio intel
lectiua: Et quantum ad hanc non habuit ſi
militudinez cuz prophetis: ſed eſt etiã ſuper
angelos: q: erat cõprhenſor excellentior:
qꝫ aliqua creatura. Item fuit in eo cognitio
diuina. Et quantum ad hanc fuit ꝓphetaꝝ

τ angeloꝝ inſpiratoꝛ:cum omnis cognitio
cauſetur per participationē diuini verbi.
Albertus vero ſuper Jo. dicit:ꝙ xp̄s pro⸗
prie nō dicitur ꝓpheta:niſi quo ad hoc:ꝙ
immobile eſt oē:quod xp̄s enūciat. Mat.
vij. verba mea nō tranſibunt. ℭ Ad ratio
nes in oppoſitū. ℭ Ad p̄mam reſpōdetur
negādo aſſumptum. Et ad probationem di
cendū:ſm ſanctū Tho. in tertia parte:ꝙ p
illa verba nō oſtenditur eſſe de ratione ꝓ
phetie enigmatica cognitio. ſ. que eſt p ſom
num:quia aliqui in viſione perceperunt di
uina:vt moyſes:qui palam τ non per eni⸗
gmata deum vidit:τ tamē dictus eſt ꝓphe
ta:vt pꝫ Deut. vlti. Non ſurrexit vltra pro
pheta in Iſrael ſicut Moyſes. Poteſt ſe⸗
cundo reſpōderi iuxta ſuperius poſita:ꝙ τ
ſi xp̄s habuit plenā τ perfectā noticiā:quā
tū ad partē intellectiuam:habuit tamen in
parte imaginatiua:quaſdam ſimilitudines:
in quibus etiam poterat ſpeculare diuina.
Non enim ſolū erat comprehenſoꝛ:ſʒ etiā
viatoꝛ. ℭ Ad ſecundam reſpondetur negā
do ꝯñam. Et ratio eſt:quia nō eſt ſimile:qa
fides eſt eoꝝ:que nō videntur ab ipſo cre
dente:τ ſpes eſt eoꝝ:que nō habētur ab
ipſo ſperante. Sed prophetia eſt eoꝝ:que
ſunt procul a cōmuni omnium ſenſu:cū qui
bus propheta cōuerſatur cōmunicat in ſta⸗
tu vie. Et ideo fides τ ſpes repugnāt perfe
ctioni beatitudinis xp̄i:nō autem ꝓphetie.
ℭ Ad tertiā reſpondetur negando ꝯñam:
Et ratio eſt:quia angelus cum ſit compre⸗
henſoꝛ eſt ſupra prophetam:qui eſt purus
viatoꝛ:non autem ſupra xp̄m:qui ſimul fuit
viatoꝛ τ comprehenſoꝛ.

ℭ In dominica in paſſione eſt euangeliū
In illo tempoꝛe dicebat.
ℭ Jeſus turbis iudeoꝝ τc. Jo. viij. Cir
ca quod:poſſunt di. ſpu. ſe. q.
ℭ Prima eſt:vtrum xp̄s potuit redargui
de aliquo peccato.
ℭ Secunda eſt:vtrum xp̄s debuit ſine of⸗
fenſione iudeis predicare.
ℭ Tertia eſt:vtrum ſit verum ꝙ Abraam
vidit diem chriſti.

AD primā ſic proceditur. Et
videtur ꝙ xp̄s potuit redar
gui de aliquo pctō. ℭ Pri⸗
mo ſic. In xp̄o fuit peccatū.
Ergo potuit redargui d pec
cato. Cōſequentia eſt bona. Aſſumptum p
batur. Dicitur enim in Pſ. xxi. ex perſo⸗
na xp̄i. Deus me⁹ vt quid dereliquiſti me
longe a ſalute mea verba delictoꝝ meo⸗
rum:Ergo videtur:ꝙ in xp̄o fuerunt deli⸗
cta. ℭ Secundo ſic. Dicit Apoſtolus ad
Ro. v. ꝙ in Adam omnes peccauerunt. ſ.
quia in eo omnes originaliter fuerunt:Sʒ
xp̄s fuit etiā originaliter in eo:Ergo in ip⸗
ſo peccauit. ℭ Tertio ſic. Dicit̃. ij. ad Co⸗
rin. v. ꝙ deus eum qui nō nouerat pecca⸗
tum. ſ. xp̄m:pro nobis fecerat peccatū. Sʒ
illud verum eſt:quod a deo factum eſt:Er
go in xp̄o fuit aliquod peccatum. ℭ In op
poſitum eſt euangelium preſens vbi xp̄s ait
Quis ex vobis arguet me d peccato:Ubi
dicit glo. Quom null⁹ poſſit arguere. Rñ
deo dicendum ſub iſta concluſione. In xp̄o
nullū fuit peccatū:nec originale:nec actua⸗
le. Iſta concluſio patet. i. Petri. ij. dicit̃ de
eo. Qui peccatum non fecit:nec inuentus
eſt dolus in oꝛe eius:Et per conſequens de
nullo peccato redargui poteſt. Ueritas hu
ius concluſionis ſic oſtenditur ex tribus:p
pter que xp̄s ſuſcepit defect⁹ noſtros. Pri
mo:vt pro nobis ſatiſfaceret. Et ex hoc pꝫ:
ꝙ defectum peccati non aſſumpſit:nec de⸗
buit:quia peccatum nihil operatur ad ſatiſ
factionem:quinimmo virtutem ſatiſfactio
nis impedit:quia dicitur Eccleſiaſt. xxxiiij.
Dona iniquoꝝ non probat altiſſim⁹. Se
cundo aſſumpſit defectus noſtros:vt veri⸗
tatem humane nature compꝛobaret. Et ex
hac etiam oſtenditur:ꝙ peccatum aſſume⸗
re non debuit:quia ex peccato non demon
ſtratur veritas humane nature:quia pecca
tum non pertinet ad humanam naturā:cu
ius deus eſt cauſa:ſed magis eſt contra na⸗
turam:per ſeminationem diaboli introdu⸗

ctiue vt Damaſ.dic. Tertio aſſumpſit xp̄s defectus noſtros vt nobis exemplum virtutis preberet. Ex qua parte manifeſte patet cōcluſio: quia peccator exēpla virtutis p̄bere non potuit: cū peccatum ſit ↄtrariū v̄tuti. Unde xp̄s nullo modo aſſumpſit defectū peccati: nec originalis: nec actualis: Fuit enim agnus ſine macula quacunqȝ. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad primā rn̄detur: ꝙ ſicut dicit Damaſ.iij.libro. Dupliciter dicitur aliquid de xp̄o. Uno modo ſm ꝓprietatem naturalē: ⁊ ypoſtaticā: vt dicitur: factus eſt homo: ⁊ pro nobis paſſus eſt. Alio modo ſm proprietatē perſonalē ⁊ habitudinalem: prout.ſ.aliqua dicuntur de xp̄o in perſona noſtra: que ſibi ſm ſe nullo mōcon ueniūt. Un̄ ⁊ inter ſeptem regulas Ticonij: quas ponit Auguſti.in tertio de doctrina xp̄iana. Prima ponitur de dn̄o: ⁊ ei⁹ corpore: cū.ſ.xp̄i ⁊ eccleſie vna perſona eſtimatur. Et ſm hoc xp̄s ex perſona mēbroꝝ ſuorum loquens: dicit: verba delictoꝝ meoꝝ: non ꝙ in ipſo capite delicta fuerint. Unde glo.ſuper Ps̄. dicit ſic Dicit xp̄s in perſona veteris hominis: que ſtulta ſunt: ⁊ delicta ſunt cauſa: q̄re tu longe es a ſalute mea. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negādo minorē. Si per li originaliter intelligat: ꝙ fuerat in Adā ſm ſeminalē rōnem. Pro quo nota: ꝙ ſicut dicit Auguſt.x.ſuper Gen̄.ad litterā. Nō omni modo xp̄s fuit in Adam ⁊ in alijs p̄ribus: quo nos ibi fuim⁹. Nos enim fuimus in Adā ſm rōnē ſeminalē: et ſm corpulentā ſubſtātiā: quia.ſ.vt ipſe ibi dicit: cū ſit in ſemine viſibilis corpulētia: et viſibilis rō: vtrūqȝ currit ex Adā: Sȝ xp̄s viſibilē carnis ſubſtātiā de carne virginis ſumpſit. Ratio vero conceptiōis eius non a ſemine virili: ſed longe aliter ⁊ deſup venit. Un̄ nō fuit in Adā ſm ſeminalē rōnē: ſed ſolum ſm corpulentā ſubſtātiā. Et ideo xp̄s non accepit actiue ab Adam humanā naturā ſed ſolum materialiter: actiue vero a ſpiritu ſancto: ſicut ⁊ ipſe Adam materialiter ſumpſit corpus de limo terre: actiue autem a deo. Et propter hoc xp̄s nō peccauit ab Adam: in quo fuit ſolum ſm materiā. ¶ Ad tertiam rn̄detur negando ↄn̄ā. Et ad dictū Apoſtoli rn̄detur: ꝙ cū dicitur: ꝙ xp̄s fecit peccatum: nō eſt intelligendū: ꝙ in ſe haberet aliquid peccati: ſed ꝙ fecit hoſtiā pro peccato: ſicut Oſee.iiij.dicit. Peccatū populi mei comedēt.ſ.ſacerdotes: qui ſm legē cōmedebant hoſtias pro peccato oblatas. Et ſm hunc modū dicitur yſa.liij. ꝙ deus poſuit in eo iniquitates omniū noſtroꝝ: quia.ſ.eum tradidit vt eſſet hoſtia ꝓ peccatis omniū hominū. Uel rn̄detur ꝙ dn̄s fecit eū peccatū.i.habentē ſimilitudinem carnis peccati vt dicitur Ro.viij. Et hoc propter corpus paſſibile: ⁊ mortale: qđ aſſumpſit.

Ad ſecūdā.q.ſic procedit. Et ſic videt: ꝙ xp̄s debuit ſine offenſiōe iudeis p̄dicare: qđ xp̄s non videt obſeruaſſe in p̄nti euāgelio. ¶ Primo ſic Dicit Auguſti.in libro de agone xp̄iano in homine Jeſu xp̄o. Se nobis ad exēplū vite prebuit filius dei. Sed nos debemus vitare nō ſolū offenſionē fideliū: ſed etiam infideliū: ſm illud.i.Corin.x. Sine offenſiōe eſtote iudeis ⁊ gentib⁹ ⁊ eccleſie dei: Ergo videtur ꝙ xp̄s etiā in ſua doctrina offenſionem iudeorū vitare debuit. ¶ Secūdo ſic Nullus ſapiens debet facere vnde effectū ſui operis impediat: Sȝ per hoc ꝙ xp̄s ſua doctrina iudeos turbauit: impediebatur effectus doctrine eius. Dicit eni Lu.xi. ꝙ cū phariſeos ⁊ ſcribas reprehenderet: ceperunt grauiter reſiſtere: ⁊ os eius opprimere: inſidiantes ei ⁊ querentes aliquid capere ab ore eius: vt accuſarent eū. Nō igit videtur cōueniens fuiſſe: ꝙ xp̄s in ſua doctrina iudeos offenderet. ¶ Tertio. Dicit Apoſtolus.i.Thi.v. Seniorem ne increpaueris: ſed obſerua patrē: Sed ſacerdotes ⁊ principes iudeorū erant illius populi ſeniores: Ergo videtur: ꝙ nō fuerint diris icrepationibus arguendi. ¶ In oppoſitū ha

betur in euangelio pñti. R̄ñdeo dicendū:
ꝙ xp̄s conuenienter in predicatione ſua qñq̄
offendit iudeos. Que cõcluſio probatur.
Primo ꝑ illud: qđ yſa. viij. Fuit propheta
tū: ꝙ xp̄s eſſet in lapidē offenſiõis ⁊ in pe
trā ſcandali duabus domibus Iſrael. Con
ueniētia autē cõcluſionis oſtēditur ſic. Sa-
lus multitudinis preferenda eſt paci: quorū
cūq̄ ſingulariū hominū. Et ideo qñ aliqui
ſua ꝑuerſitate multitudinis ſalutē impediūt
nõ eſt cauenda eoꝝ offenſio a predicatore
vel doctore: ad hoc ꝙ multitudinis ſaluti ꝓ
uideat. Sic ē aūt ꝙ phariſei: ⁊ ſcribe: ⁊ ṗn
cipes iudeoꝝ: ſua malicia plurimū impe-
diebant populi ſalutē: tum quia impugnāt
xp̄i doctrinā: per quā ſolā poterat eſſe ſal⁹:
tū quia prauis ſuis moribus vitam populi
corrūpebant: Et ideo nõ obſtāte eoꝝ offen
ſione: dñs publice veritatē docebat: quā illi
odiebant: ⁊ coꝝ vitia arguebat. Et ideo di
citur Mat. xv. ꝙ diſcipulis dño dicētibus:
ſcis quia iudei audito hoc verbo ſcādaliza
ti ſunt: rñdit: Sinite illos: ceci ſunt: ⁊ duces
cecoꝝ. Si cecus ceco ducatū preſtet: ambo
in foueā cadunt. ℭ Ad rationes in oppoſi.
ℭ Ad primam rñdetur: ꝙ homo ſic dʒ eſſe
ſine offenſione omnibus: vt nulli det ſuo fa
cto vel dicto minus recto occaſionē ruine.
Et ita fecit xp̄s. Si tñ de veritate ſcandalū
oriatur: magis eſt ſuſtinendū: q̃ʒ ꝙ veritas
relinquat̃: vt Gregorius dicit. ℭ Ad ſecū-
dam rñdetur: ꝙ minor eſt falſa. Nā ꝑ hoc:
ꝙ xp̄s publice phariſeos ⁊ ſcribas argue-
bat: nõ impediuit: ſed magis ꝓmouit effe-
ctū ſue doctrine: quia cum eoꝝ vicia popu
lo innoteſcebant: minus aduertebat̃ a xp̄o:
ꝓpter verba phariſeoꝝ: ⁊ ſcribaꝝ: q ſem-
per doctrine xp̄i obſiſtebant. ℭ Ad tertiā
reſpondetur: ꝙ illud dictū Apoſtoli eſt in-
telligendū de illis ſenioribus: qui nõ ſolum
etate vel etiā auctoritate: ſed etiā honeſtate
ſunt ſenes: ſm̄ illud Numeri. xi. Congrega
mihi. lxx. Viros de ſenioribus iſrael. quos
tu noſti ꝙ ſenes populi ſunt. Si autē aucto
ritatem ſenectutis in inſtrumentum malicie
vertant: publice predicando: ſunt manife-
ſte ⁊ acriter arguendi: ſicut Daniel dixit
Daniel. xiij. O inueterate dierum malo-
rum ⁊c̃.

A D tertiam ſic proceditur. Et
videtur ꝙ Abraā non vidit
diem chriſti. ℭ Primo ſic.
Abraā ſolū credidit diē xp̄i
Ergo falſū eſt: ꝙ vidit. Cõ
ſequētia eſt nota Dicit enī Augu. ꝙ fides
eſt: qua credūtur: que nõ vidētur. Et Gre-
gorius dicit: ꝙ viſa nõ habēt fidem: ſʒ agni
tionē. ℭ Secūdo ſic. Quom ens ⁊ verum
cõuertantur: id quod nondū erat in rerum
natura: nõ pōt eſſe obiectū ītellectus abrae:
Sed tpe abrae nondū erat dies natiuitatis
xp̄i. Unde dicunt angeli Lu. ij. Hodie na
tus eſt vobis ſaluator mūdi. ℭ Tertio ar-
guit̃ ex euāgelio Lu. x. vbi xp̄s ꝯuerſus ad
diſcipulos ait. Multi reges: ⁊ ꝓphete: vo
luerūt videre: que vos videtis: ⁊ nõ vide-
runt. Ergo videt̃: ꝙ nec ipſe abraā vidit:
qđ alij ꝓphete nõ viderunt. ℭ In oppoſi.
eſt euāgeliū pñs. R̄ñdeo: dicendū ſub iſta
cõcluſione: ꝙ verū ē: ꝙ Abraā vidit in ſpū
ſiue cognouit ꝑ fidem: diē eternitatis xp̄i: ⁊
diē incarnationis eiuſdē. Iſta cõcluſio po-
nit̃ in glo. ꝑſentis euāgelij: q̃ eſt beati Aug.
q ſic dicit. Diē videre meū: incertū eſt: an
diē tēporalē: quo erat vēturus in carnē: an
diē eternitatis. Sed vtrūq̄ Abraam vidit.
Vñ ineffabile gaudiū illi: quāti enī ē vide
re verbū: apud patrē: ⁊ ꝙ ipſū caro factū
eſt. hec glo. Probatur ergo ꝯcluſio: quo ad
ambas ptes. Et ṗmo: ꝙ vidit diē eternitatꝭ
xp̄i. De quo dicit̃ i Ps̄. Ego hodie genui
te. De quo ſic dicit Grego. in omelia pñtis
euāgelij. Tūc qppe diē dñi Abraā vidit: cū
i figura ſumme trinitatis: tres angelos hoſ
picio ſuſcepit: qbus ꝑfecto ſuſceptis: ſic tri
bus quaſi vno locutus eſt: q: etſi in ꝑſonis
numerus eſt trinitatis: in natura eſt vnitas
diuinitatis. Qđ vero vidit diē aduentus fi
lij in carnē: oſtēditur ex tribus. Primo: qñ
dictū eſt ei. In ſemine tuo bñdicent oēs gē

ſes terre Gen̄.xxij. Scd̄o ex iuramento: qđ exegit a ſeruo Heliazer. Nā Gen̄.xxiiij. ait Pone manū tuā ſuper femur meū: ꝛ iura mihi ꝑ deū celi ꝛ terre ꝛc̄. Ex quo vt Gregorius dicit: ſignificabat: ꝙ de femore eius ꝓceſſurus erat ſm carnē deus celi. Tertio oſtēditur: ꝙ vidit diē xp̄i: qn̄ in immolatione yſaac ꝑfiguratā cognouit paſſionē xp̄i: ꝓpter quod locus ille dictus ē deus videt: vt dicitur Gen̄.xxij. Quia d̄s fecit videre Abraā occultū xp̄i miſteriū. ¶ Ad rōnes i oppo. ¶ Ad ꝑmā rn̄detur: ꝙ viſio ſumit dupliciter. ſ. large: pro cognitiōe: ſm qđ dicitur. i. Corin. xiij. Videmus nūc per ſpeculū in enigmate. Alio mō ſtricte: ꝛ ſic dicitur noticia per demōſtrationē: ꝓbata etiam ſic diſtinguitur ꝯtra fidē: ſm illud ad Hebre. xi. Fides eſt argumētū nō apparētium. Viſio aūt capitur hic ꝑmo mō: put. ſ. accipitur large pro cognitione. ¶ Ad ſecūdā rn̄det negando ꝯñam de cognitiōe fidei. Et rō eſt ꝙ vt dicit Augu. vident ꝑn̄tia: ſed credunt abſentia. Propter qđ etiā fides ſimilat auditui: q2 de abſentibus ē: ſicut auditu cognoſcimus: que cū ſint abſentia nobis recitantur. ¶ Ad tertiam reſpondetur: ꝙ auctoritas illa intelligitur de viſiōe corporali: quā habebāt de xp̄o diſcipuli ſui. Bene credit: ꝙ inter hos: qui deſiderabant ſic diem xp̄i videre: fuerit Abraam: quia ab ipſo donū redemptionis expectabat.

¶ In dñica in ramis palmarū legitur paſſio xp̄i ſecūdum Mat.

¶ Circa quod poſſunt hec diſputari.

¶ Primo: vtrum alius poſſibilis fuerit et conuenientior modus liberationis humani generis: q̄ȝ per paſſionem xp̄i.

¶ Secundo: vtrum conuenienter xp̄s tali die voluit cū regali honore intrare Hieruſalem.

AD primam. q. ſic proceditur. Et videtur ꝙ fuerit ali9 poſſibilis modus: ꝛ cōueniētior. ¶ Primo ſic. Dicitur Lu. i. Nō erit impoſſibile apud deū omne verbū. Ergo quocūq alio mō potuiſſet nos liberare. ¶ Secūdo ſic. Dicit Augu. xiij. de trini. Iſtū modū: quo nos per mediatorē dei ꝛ hominis hominē Jeſum xp̄m: deus liberare dignatur: aſſerim9 bonū: ꝛ diuine dignitati cōgruū. Verū etiā oſtēdamus aliū modū poſſibilem deo fuiſſe: cuius poteſtati cūcta equaliter ſubiacēt. ¶ Tertio arguitur de cōueniētiori. Si enī xp̄s ſubijſſet mortē naturalē: nihilomin9 genus humanū redēptū fuiſſet: qa mortē ſoluiſſet: quā nō debebat: ꝛ hoc fuiſſet ſine oī peccato alicuius. Ergo videtur ꝙ hic modus fuit cōueniētior: qa vnūquodq tāto ē cōuenientius quāto ad ipſū pauciora incōuenientia ſequūtur. ¶ Quarto. Cōuenientiſſimum videtur: ꝙ ille qui violēter ꝛ iniuſte detinet aliqđ: per ſuperioris potentiā ſpolietur: Sed diabolus nullū ius in homine habebat: quem per fraudem deceperat: ꝛ per quādā violētiam ſeruituti ſubiectū detinebat: Ergo videtur inconuenientiſſimum fuiſſe: ꝙ chriſtus diabolum per ſolā potentiā ſpoliaret: abſq ſua paſſiōe. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens: in quo dicitur Math. xxvi. Pater ſi non poteſt tranſire calix iſte: niſi bibam illum: fiat voluntas tua. Super quod verbum: tractans Anſelmus libro: Quur deus homo dicit. Non potuit tranſire calicem: niſi biberit: non quia mortem vitare nequiuerit: ſꝫ quia aliter mundus ſaluari non poſſet: Ergo videtur ꝙ alius modus nō fuerit poſſibilis. Secundo ſic. Dicit Auguſtinus. xiij. de trini. Sanande noſtre miſerie conuenientior alius modus non fuit: q̄ȝ per chriſti paſſionem. Reſpondeo dicendum circa poſſibilitatem: ꝙ aliquid dicitur poſſibile vel impoſſibile dupliciter. Uno modo ſimpliciter ꝛ abſolute. Alio modo ex ſuppoſitione. Qua diuiſione poſita: ſit iſta prima concluſio. Simpliciter ꝛ abſolute loquendo: poſſibile fuit deo alio modo hominem liberare: q̄ȝ per paſſionem xp̄i: q2 vt dictū ē: non ē impoſſibile apud deū omne verbū Lu. i.

Secūda cōcluſio:loquendo de poſſibili:ex
aliqua ſoppoſitioue facta:non eſt poſſibilis
alius modus liberationis humani generis
q̄ꝫ per paſſionē xpi:Iſta concluſio pꝫ.p̄mo
q: eſt impoſſibile p̄ſcientiā dei falli:⁊ eius
volūtatē ſeu diſpoſitionē caſſari:Sꝫ p̄ſcien
tia dei ⁊ volūtas dei fuit:ꝙ genus humanū
hoc mō liberaret̄:Ergo facta hac ſuppoſi-
tione fuit impoſſibilis alius modus libera
tionis.Secūdo ſic.Fidei nō pōt ſubeſſe fal
ſum:Sed antiqui patres crediderūt chriſtū
paſſurū:Ergo nō potuit eſſe:quin pateret̄.
Circa cōuenientiā iſtius modi ſit iſta cōclu
ſio tertia ex p̄te noſtra.Cōueniētior modus
eſſe nō potuit:q̄ꝫ per paſſionē xpi:ſed tamē
deo nō aufertur potētia:quin potuiſſet aliū
conuentiorē moduꝫ:cuius potētia limitata
nō eſt.Sꝫ hoc eēt ſm aliū ordinē rebus im
poſitū.Iſta cōcluſio ſic declarat̄. Tanto ali
quis modus cōuenientior eſt ad cōſequen-
dū finē.quāto per ipſum plura cōcurrunt:
que ſunt expedientia fini.Per hoc autē:ꝙ
homo per paſſioneꝫ xpi eſt liberatus:mul-
ta cōcurrūt ad ſalutē hois pertinentia:p̄ter
liberationeꝫ a peccato.Primo enim. Per
hoc homo cognoſcit quātū deus diligit ho
minē:⁊ per hoc ꝓuocat̄ ad eū diligenduꝫ:
in quo p̄fectio humane ſalutis conſiſtit.Vn̄
Apoſtolus dicit ad Ro.v.Cōmendat deꝰ
caritatē in nobis:quoniā cū inimici eſſemꝰ
xp̄s pro nobis mortuus eſt.Secūdo:q: per
hoc dedit nobis exemplū obediētie:humi-
litatis:cōſtantie:iuſticie:⁊ ceteraꝝ virtutuꝫ
in paſſione xpi oſtēſarū:que ſunt neceſſa-
rie ad humanā ſalutē.Vn̄ dicit̄.i.Petri.ij.
Chriſtus paſſus eſt pro nobis:nobis relin
quēs exēplū:vt ſequamur veſtigia eiꝰ.Ter
tio:q: hoc ad maiorem dignitateꝫ ceſſit:vt
ſicut homo victus fuerat:⁊ deceptus a dia
bolo:ita etiā homo eſſet:qui diabolū vince
ret.Et ſicut homo morteꝫ meruit:ita homo
moriēdo mortē ſuperaret vt pꝫ.i.Cori.xv.
Deo gratias:qui nobis dedit victoriā per
Ieſum xpm.Et ideo cōuenientius fuit:vt p
paſſionē xpi liberaremur:q̄ꝫ per ſolā volū
tatē dei.¶ Ad rōnes in oppo.¶ Ad p̄mā
⁊ ſecundā r̄ndetur:ꝙ loquunt̄ de poſſibili
ſimpliciť ⁊ abſolute.Hoc eniꝫ mō:aliꝰ mo-
dus fuit poſſibilis.¶ Ad tertiam r̄ndetur
dupliciter.Primo negādo ꝯñam.Et rō ē:
q: xp̄s pro oibus peccatis:quātum ad ſuffi
ciētiaꝫ debuit ſatiſfacere:nō ſolū pro origi-
apparitio vera ſ3 ficta:Sed hoc eſt incōue
niens xp̄o:q: vt dicit Augu.libro.lxxxviij.
q.ſi fallit:veritas nō ē. Eſt aūt xp̄s veritas:
Ergo non debuit in alia effigie apparere.
¶ Secūdo ſic. Nihil poteſt in alia effigie
apparere:q̄3 habeat:niſi oculi intuentiū ali
quibus preſtigijs detineātur:aut huiuſmo=
di preſtigia:cū fiant magicis artibus:nō cō
ueniebant xp̄o:ſecundum illud.i. Corin.vi.
Que ꝯueniētia xp̄i ad Belial? Ergo vide
tur ꝙ nō fuit conueniens:ꝙ in alia effigie
xp̄s appareret. ¶ Tertio ſic ſicut dicit Au
guſt.in epiſtola ad Hieronymum: Si vel
vnum mendacium in ſacra ſcriptura inue=
niatur:īfirmabitur tota ſacre ſcripture au=
ctoritas:Ergo ſimuliter:ſi vel in vna appa=
ritiōe xp̄s diſcipulis apparuit:aliter q̄3 eēt:
infirmabat̄:quicquid poſt reſurrectionem
viderunt in chriſto. Quod eſt inconueniēs
Non ergo debuit in alia effigie apparere.
¶ In oppoſitum eſt euangelium. Dicitur
enim Mat.vltimo. Poſt hec duobus ex
eis ambulantibus:oſtenſus eſt in alia effi=
gie:euntibus in villam. Reſpondeo:dicen
dum ſub iſta concluſione:ꝙ conueniēs fuit
vt chriſtus in alia effigie appareret diſcipu
lis ſuis poſt reſurrectionem ſuam:eius re=
ſurrectionem nō credentibus. Que cōclu=
ſio probatur ſic. Reſurrectio chriſti mani=
feſtanda fuit hominibus:per modum quo
eis diuina reuelantur. Innoteſcunt autem
diuina hominibus ſecundum quod diuer=
ſimode ſunt affecti. Nam illi qui habēt mē
tem bene diſpoſitam ſecundum veritatem:
diuina percipiunt. Illi autem qui habēt mē
tem nō bene diſpoſitam:diuina percipiunt
cum quadam confuſione dubietatis vel er=
roris:alias enim non percipit ea:que ſunt
ſpiritus dei:vt dicitur.i. Corin.ij. Et iō chri
ſtus quibuſdam ad credendum diſpoſitis
poſt reſurrectione3 apparuit:in ſua effigie:
illis autem in alia effigie apparuit:qui iam
circa fidem videbātur tepeſcere. Unde di
cebant. Nos ſperabamus:quia ipſe eēt re
dēpturus iſrael. Unde Grego.dicit ī ome
lia:ꝙ talem ſe eis exhibuit in corpore:qua=
lis apud illos erat in mente. Quia enim ad
huc in eorum cordibus peregrinus erat in
fide:ire ſe longius finxit:ac ſi eſſet peregri
nus. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad
primam reſpondetur negando conſequen
tiam. Et ratio eſt:quia ſicut dicit Auguſti=
nus in libro de concordia euāgelij. Nō om
ne ꝙ fingimus:mendatium eſt:ſed quando
id fingimus quod nihil ſignat:tunc eſt men
datium. Quom autem fictio noſtra refer=
tur ad aliquam ſignificationem:non ē men
datium: ſed aliqua figura veritatis: alias
omnia que a ſapiētibus ⁊ ſanctis viris vel
etiam ab ipſo domino figurate dicta ſunt:
mendacia reputabuntur:ꝙ ſecundum vſi=
tatum intellectum non conſiſtit veritas in
talibus dictis. Sicut autem dicta ita etiam
finguntur facta ſine mendatio: ad aliquam
rem ſignificandam: et ita factum eſt hic

vt dictũ eſt. ¶ Ad ſecundam rñdetur: iux-
ta Augu. ⁊ habetur in glo. ordi. ꝙ nõ incõ-
gruenter dicitur hoc impedimẽtum in ocu
lis a ſathana fuiſſe: ne agnoſceretur Jeſus.
Vñ in euangelio preſenti dicitur: ꝙ oculi
eorum tenebantur: ne eum agnoſcerent. Et
illa detẽtio vocatur auriſia. De qua in glo.
Geñ. xix. In ſcripto vero tertio dicit ſan-
ctus. Tho. ſic: ꝙ põt dici: ꝙ q̃zuis viſui di-
ſcipulorum repreſentaretur propria ſpecies
in qua ſoliti erãt videre xp̃m tamẽ diuina
virtute impediebãtur vires interiores: ne
ſequerentur iudicium de perſona illa: q̃ eẽt:
vt ſic ea que exterius agebãtur: cõformarẽ-
tur ijs: que interius cõtingebant in ipſis: vt
preſentem haberẽt: ⁊ nõ cognoſcerẽt: quia
amabãt: ſꝫ dubitabãt: vt dicit Greg. ¶ Ad
tertiam rñdetur: ꝙ ratio illa ſequeretur: vt
dicit ſanctus Tho. in tertia parte: ſi aliene
effigiei ſpecie nõ fuerunt reducti: ad vere
videndum xp̃i effigiem. Sicut enim Aug.
ibidem dicit: tamẽ a xp̃o facta ẽ permiſſio.
ſ. vt ſi predicto modo oculi eorum tenerent
vſqꝫ ad ſacramẽtum panis: vt vnitate cor-
poris eius participata: remoueri intelligat
impedimentum inimici: vt xp̃s poſſit agno
ſci. Unde ibidem ſubditur: ꝙ aperti ſunt
oculi eorum: ⁊ cognouerunt eum: nõ ꝙ an-
te clauſis oculis ambularẽt: ſed inerat ali-
quid: quo non ſinerentur agnoſcere: quod
videbãt: ꝙ. ſ. caligo ⁊ aliquis humor ſolet
efficere.

Ad ſcdãm. q. ſic ꝓceditur. Et
videtur ꝙ nõ fuerit ꝯueniẽs
xp̃m argumẽtis reſurrectio
nem ſuam probare. ¶ Pri-
mo ſic. Dicit enim Ambro.
Tolle argumenta vbi fides queritur: Sed
de reſurrectiõe queritur fides: Ergo ad ar
gumenta ad reſurrectionem probãdaꝫ: fie-
ri nõ debuerũt. ¶ Secũdo ſic. Grego. di-
cit. Fides nõ habet meritum: cui humana
ratio prebet experimentum: Sed ad xp̃m
nõ pertinebat meritum fidei euacuare: Er
go ad eum non pertinebat reſurrectionem
per argumenta confirmare. ¶ Tertia ſic.
Aut illa argumẽta fuerunt ſufficiẽtia ad ꝓ
bandum reſurrectionem: aut nõ: ſi nõ: hoc
videtur ad imperfectionem argumenta in
ducentis redundare: ſi fuerũt ſufficientia:
⁊ argumentum ſufficiens facit ſcientiã vel
arguitionem: que nõ ſtat ſimul cuꝫ fide: que
eſt de nõ apparentibus. Ergo videtur ꝙ
argumenta illa euacuauerũt fidem: ⁊ abſtu
lerunt meritum eius. ¶ Quarto ſic. Sicut
eſt fides de reſurrectione: ita de alijs articu
lis: Sed ad alios articulos non induxit iſta
argumẽta probatiua. Ergo nec ad reſurre
ctionem inducere debuit. ¶ In oppoſituꝫ
eſt illud Act. i. ꝙ apparuit diſcipulis Jeſus
per dies. xl. in multis argumentis loquens
de regno dei. Rñdeo notandum: ꝙ argu-
mentum dupliciter dicitur. Quandoqꝫ. n.
dicitur argumentum quecũqꝫ ratio: rei du
bie: faciens fidem. Quandoqꝫ autẽ dicitur
argumentum aliquod ſignum ſenſibile: q̃d
inducitur ad alicuius veritatis manifeſta-
tionem: ſicut etiam Ariſtoteles aliquãdo in
libris ſuis vtitur nomine argumenti. Capi
endo ṗmo modo argumentum: eſt cõcluſio
ꝙ xp̃s non probauit diſcipulis ſuis reſur-
rectionem per argumenta. Patet cõcluſio
quia talis probatio argumẽtatiua procedit
ex aliquibus principijs: que ſi nõ eſſent no
ta diſcipulis: nihil per ea eis manifeſtaret:
quia ex ignotis non poteſt aliquid fieri no
tum. Si autem eſſent eis nota: nõ tranſcen-
derent rationem humanam. Et ideo non
eſſent efficacia ad fidem reſurrectionis oñ
dendam: que rationem humanam excedit.
Oportet enim principia ex eodem genere
aſſumi: vt dicitur primo poſteriorum. Pro
bauit autem eis reſurrectionem per aucto
ritatem ſacre ſcripture: que eſt fidei funda
mentum: quando dixit eis: oportet implere
omnia: que ſcripta ſunt i lege: ⁊ pſalmis: et
prophetis: de me: vt habetur in euangelio
hodierno. Si auteꝫ accipiatur ſecundo mo
do argumentum: ſic eſt concluſio ſecũda:
quod xp̃s ſuam reſurrectionem argumẽtis

declarauit:inquãtum per quedaꝫ euidẽtiſſi
ma ſigna ſe vere reſurrexiſſe oſtẽdit. Que
quidem ſigna reſurrectionis ſue xp̄s oſten
dit diſcipulis ꝯuenienter propter duo. Pri
mo quidem:quia non erãt corda eorum diſ
poſita ad hoc:ꝙ de facili fidem reſurrectio
nis acciperent. Unde ipſe dixit eis:vt pa-
tet in euãgelio preſenti. O ſtulti:⁊ tardi cor
de ad credendum. Et Marci vltimo. Ex-
probrauit incredulitatem eorum:⁊ duriciã
cordis. Secundo: vt per huiuſmodi ſigna
eis oſtenſa:efficatius eoꝝ teſtimoniũ red
derent:ſecundum illud.i. Jo. ꝙ vidimus ⁊
audiuimus:⁊ manus noſtre contractauerũt
hoc teſtamur. ¶ Ad rõẽs in oppo. ¶ Ad
p̄mã reſpõdetur. ꝙ Ambroſius ibi loqtur
de argumentis ſecundum rationem huma
nam procedẽtibus:que inualida ſunt ad ea
que ſunt fidei oſtendenda:ſicut dictum eſt.
¶ Ad ſecũdam rñdetur negando ꝯſequẽ
tiam. Et ratio eſt:quia meritũ fidei ex hoc
eſt:ꝙ homo ex mandato dei credit:que nõ
videt. Unde illa ſola ratio meritum exclu-
dit:que facit videri per ſcientiam id qđ cre
dendum ꝓponitur. Et talis eſt ratio demõ
ſtratiua. Huiuſmodi auteꝫ rationes xp̄s nõ
induxit ad reſurrectionem ſuam declaran
dam. ¶ Ad tertiam pꝫ reſponſio ex dictis:
quoniam argumenta xp̄i nõ ſunt argumen
ta per rationes demonſtratiuas:que ſcien-
tiam faciunt:quia tales:vt dictum eſt:nõ ha
bent hic locum. Et ideo licet argumẽta in-
ducta per xp̄m in ſuo genere fuerint ſuffi-
cientia ad probandum reſurrectionem ſuã
vt oſtendetur infra in.q.ſequenti: nõ tamẽ
tulerunt fidẽ:nec abſtulerũt meritũ. ¶ Ad
quartam reſpondetur negãdo conſequẽtiã
Et ratio eſt:quia articuli fidei quidam ſunt
de diuinitate tantũ: ⁊ iſti nõ poſſunt ad ſen
ſuꝫ probari:ſꝫ vel per miracula vel per au
ctoritates:⁊ ſic probati ſunt. Quidam autẽ
ſunt de vnitis diuinitati:⁊ iſti etiam ad ſen
ſum probati ſunt:ſꝫ quia paſſio ⁊ aſcenſio i
ſe ipſa viſa ſunt:reſurrectio autẽ nõ:⁊ ideo
ſigna reſurrectionis viſibiliter oſtendere
oportuit:ex quibus conferendo ad verita-
tem reſurrectionis perueniretur ⁊c̄.

AD tertiaꝫ.q.ſic ꝓceditur. Et
videt ꝙ argumenta que xp̄s
induxit:nõ ſufficienter mani-
feſtauerunt reſurrectiõis eiꝰ
veritatem. ¶ Primo ſic. Ni
hil oſtendit xp̄s poſt reſurrectionem diſci-
pulis:ꝙ etiam angeli hominibus apparen
tes:vel non oſtenderũt:vel nõ oſtẽdere po
tuerũt. Nam angeli in humana ſpecie fre-
quẽter ſe hominibus oſtenderunt:⁊ cũ eis
loquebantur:⁊ conuerſabantur:⁊ etiaꝫ co
medebãt:ac ſi eſſent homines veri:ſicut pꝫ
Geñ.xviij. de angelis:quos Abraam ſuſce
pit hoſpitio:Et in libro Tobie de angelo:
qui euꝫ duxit:⁊ reduxit:⁊ tamen angeli nõ
habẽt vera corpora naturalit̃ eis vnita:qđ
requiritur ad reſurrectionem. Nõ ergo ſi-
gna:que xp̄s diſcipulis exhibuit:fuerũt ſuf
ficientia ad reſurrectionem eius manifeſtã
dam. ¶ Secũdo ſic. Chriſtus reſurrexit re
ſurrectione glorioſa.i.habens ſimul huma
nam naturam cum gloria:Sed quedaꝫ xp̄s
oſtendit diſcipulis:que videntur eſſe cõtra
ria nature humane:ſicut ꝙ ab oculis eoꝝ
euanuit:vt patet in preſenti euãgelio craſti
ne diei:⁊ ꝙ ad eos ianuis clauſis introiuit
vt in euangelio craſtine diei habetur: Que
dam autem videtur eſſe cõtraria glorie:pu
ta ꝙ manducauit:⁊ bibit:quod etiam ha-
buit vulnera:⁊ cicatrices: Ergo videtur ꝙ
illa argumenta non fuerunt ſufficientia:nec
cõuenientia ad fidem reſurrectionis oſten
dendam. ¶ Tertio ſic. Corpus xp̄i poſt re
ſurrectionem non erat tale:quod tangi de
beret:ab homine mortali. Unde ipſe dixit
Magdalene Jo.xx. Noli me tangere:nõ
dum enim aſcendi ad patrem meum. Nõ
ergo cõueniẽs fuit:ꝙ ad manifeſtandũ ſue
reſurrectionis fidem:ſe ipſuꝫ diſcipulis pal
pabilẽ exhibuerunt. ¶ Quarto ſic. Inter do
tes glorificati corporis:precipua videtur eẽ
claritas. Gloriaꝫ tamen in reſurrectiõe nul
lo argumento oſtendit:Ergo nõ inſufficien

tia fuerunt illa argumenta ad manifeſtan-dam qualitatem reſurrectionis xpi. ¶ In oppoſitū eſt: qꜫ chriſtus cū ſit ſapientia: ſuauiter & conuenienter diſpoſuit oīa: vt dicit̃ Sapiē. viij. Reſpondeo dicendū: ſub iſta concluſione. Argumenta que chriſtus idu xit: ſufficienter manifeſtarunt veritatē ſue reſurrectionis. Pro qua concluſione ē notandū: qꜫ chriſtus reſurrectionē ſuā dupliciter manifeſtauit. ſ. teſtimonio & argumento. i. ſigno. Et vtraqꜫ manifeſtatio ī ſuo genere fuit ſufficiens. Eſt enim vſus duplici teſtimonio ad manifeſtandā ſuā reſurrectionē diſcipulis: quorū neutrum poteſt refelli. Quorū quidē primū teſtimonium eſt angelorum: qui mulieribus reſurrectionē annūciarunt: vt patet per omnes euangeliſtas. Aliud autē eſt teſtimoniū ſcripturarū quas ipſe propoſuit ad oſtenſionem ſue reſurrectionis: vt dicitur in preſenti euangelio. Argumenta etiā fuerunt ſufficiētia ad oſtendēdā veram reſurrectionē: & etiam glorioſam. Qđ aūt fuerit vera reſurrectio oſtendit vno modo ex parte corporis: circa quod tria oſtendit. Primo quidē: qꜫ eſſet corpus verū & ſolidum: non corpus fantaſticū: vel rarum: ſicut eſt aer. Et hoc oſtēdit per hoc: qꜫ corpus ſuū palpabile prebuit. Unde ipſe dicit Luce vltimo Palpate: & videte: qꜫ ſpiritus carnem & oſſa non habet. Secundo oſtendit qꜫ eſſet corp⁹ humanū: oſtendendo eis veram effigiē: quā oculis tuerentur. Tertio oſtendit eis: qꜫ eēt idem numero corpus: quod prius habuerat: oſtendendo eis vulnerū cicatrices. Unde Luce vltimo legitur. Dixit eis. Uidete manus meas: & pedes meos: quia ego ipſe ſum. Alio modo oſtendit eiſ veritatem ſue reſurrectionis ex parte anime: iterato corpori vite. Et hoc oſtendit per opera triplicis vite. Primo quidē: per opus vite nutritiue: in hoc: qꜫ cum diſcipulis manducauit: & bibit: vt legitur Luce vltimo in euangelio preſenti. Secundo per opera vite ſenſitiue in hoc: qꜫ cū diſcipulis ad interrogata reſpondebat: et preſentes in quo ſalutabat oſtendebat ſe: & videre: & audire: Tertio per opera vite intellectiue in eo: qꜫ cū eo loquebantur: & de ſcripturis diſſerebāt Et neqđ deeſſet ad perfectionē manifeſtationis: oſtendit etiā ſe habere diuinā naturam: per miraculū: quod fecit in piſcib⁹ capiendis. Et vlterius per hoc qꜫ ipſis vidētibus: aſcendit in celū: quia vt dicitur Jo. iij. Nemo aſcendit in celum: niſi q deſcendit de celo: filius hominis qui eſt in celo. Gloriā etiam ſue reſurrectionis oſtēdit diſcipulis: per hoc: qꜫ ad eos obclauſis Januis intrauit. Similiter etiā ad proprietatem glorie pertinebat: qꜫ ſubito ab oculis diſcipulorum euanuit: vt dicitur in euangelio preſenti: quia per hoc oſtendebatur: qꜫ in poteſtate eius erat videri: & nō videri: qꜫ pertinet ad conditionē corporis glorioſi: vt dcm̄ eſt. ¶ Ad rōnes in oppoſitum. Ad primā reſpondetur dupliciter. Primo qꜫ licet ſingula argumentorū: nō ſufficerent ad manifeſtandā chriſti reſurrectionē: oīa tamen ſimul accepta perfecte xpi reſurrectionē manifeſtauerunt: maxime ꝓpter ſcripture teſtimoniū: & angelorum dicta: & ipſius xpi aſſertionē: miraculis confirmatā. Secundo reſpondetur: qꜫ non eſt ſimile de apparitione & manducatione angelorum: & chriſti: Nā angeli apparentes: nō aſſerebant ſe hoīes eſſe: ſicut aſſeruit xp̄s ſe verū hominē eſſe. Preterea. Aliter xp̄s manducauit: & aliter angeli. Nam qꜫ corpora ab angelis aſſumpta: nō erant corpora viua: vel animata: nō erat vera comeſtio: licet eſſet ibi vera cibi contritio: & trahitio ad interiorē partē corporis aſſumpti. Unde & angel⁹ dicit. Thobie. x. Quū eſſem vobiſcū videbar quidē manducare & bibere vobiſcū: ſꝫ ego cibo inuiſibili vtor: Sꝫ qꜫ corpus chriſti fuit vere animatum: vera fuit eius comeſtio: ſꝫ tamen facta eſt ad probandum veritatem nature: que manet in ſtatu glorie quantum ad omnes potentias: & membra licet non moueant vſus omnium potentiarum & mēbro

rum: quia non ineſt neceſſitas. Et ideo dicit Beda: ꝙ chriſtus manducauit poteſtate: non egeſtate. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando cõſequentiam. Et ratio eſt: ꝙ argumenta que inducebat chriſtus: quedã inducebat ad probandum veritatem nature humane: quedam ad probandum gloriã reſurrectionis. Conditio autem nature humane ſm ꝙ in ſe conſideratur: quantum .ſ. ad ſtatum preſentem: contrariatur conditioni glorie: ſm illud .i. Cor. xv. Seminatur in infirmitate: ⁊ reſurget in virtute. Et iõ ea: que inducuntur ad oſtendendum conditionem glorie: videntur habere cõtrarietatem ad naturam: non ſimpliciter: ſed ſm ſtatum preſentem: ⁊ econuerſo. Unde Gregorius dicit i omelia: ꝙ duo mira ⁊ ſupra humanam rationem ſibi valde contraria dominus oſtendit: cum poſt reſurrectionem: corpus ſuum etiam incorruptibile: ⁊ tamen palpabile demonſtrauit. ¶ Ad tertiam reſpondetur negando aſſumptum. Nam licꝫ illud de Magdalena intelligatur in miſterio factum: quia carnaliter adhuc in eũ credebat: quãq̃ ſicut hominem flebat: tamen alibi Magdalena legitur xp̃m tetigiſſe: qñ ſimul cum alijs mulieribus acceſſit: et tenuit pedes eius. ¶ Ad quartam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio ẽ: qa ſicut Auguſtinus dicit ad Oroſium. Clarificata carne deus reſurrexit: ſed noluit in ea clarificatione diſcipulis apparere: quia non poſſent oculis talem claritatem perſpicere. Si enim antequã moreretur pro nobis: ⁊ reſurgeret: quando tranſfiguratus eſt in monte: diſcipuli ſui eum videre non potuerunt: quanto magis clarificata carne domini: eum videre non poſſent.

¶ Die martis eſt euangelium. In illo tempore. Stetit Jeſus ⁊c. Luce vltimo. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes q̃ones.

¶ Prima: vtrum cõueniens fuit: chriſtum reſurgere cum cicatricibus.

¶ Secunda: vtrum conueniẽter chriſtus palpabilem diſcipulis ſe exhibuit.

¶ Tertia: vtrum xp̃s poſt reſurrectionem vere cõmedit: incorporando ſibi cibũ

Ad primam .q. ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ non fuerit conueniens: chriſtum reſurgere cũ cicatricibus. Primo ſic. Dicitur enĩ .i. Cor. xv. ꝙ mortui reſurgent icorrupti. Sed cicatrices ⁊ vulnera videntur ad aliquam corruptionem ⁊ defectum pertinere. Non ergo fuit conueniens: vt chriſtus qui reſurrectionis actor eſt: cũ cicatricibus reſurgeret. ¶ Secundo ſic. Corpus chriſti integrum reſurrexit: Sed aperture vulnerum: contrariantur integritati corporis: quia per eas diſcõtinuatur corpus. Ergo inconueniens fuit cum illis reſurgere. ¶ Tertio ſic. Status reſurgentiũ eſt ſtatus immutabilitatis. Ergo chriſtus in ſeipſo non debuit demõſtrare: niſi quod ſemper futurum in eo erat. Sed cicatrices non ſemper in eo manere debebant: quia dicit Damaſcenus: ꝙ tantum ſecundum diſpenſationem fuerunt in eo. Ergo non fuit conueniens: vt chriſtus cum illis reſurgeret. ¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens. Reſpõdeo dicendum ſub iſta concluſione. Conueniens fuit: vt chriſtus cum cicatricibus reſurgeret. Probatur concluſio. Decet victorem inſignia ſue victorie habere: ⁊ oſtendere. Sed ſicut dicit Auguſti. libro de ciuitate dei. Cicatrices vulnerum chriſti fuerunt victorie ſue indiciũ. Ergo decuit: vt eas haberet: ⁊ oſtẽderet. Unde dicit Beda ſuper Lucã. Nõ ex impotentia curãdi cicatrices chriſtus ſeruauit: ſed vt in perpetuum victorie ſue circũferat triumphum. Secundo fuit conueniens ad confirmandum corda diſcipulorum circa fidem ſue reſurrectionis: inſtruendo eos: ꝙ idem ſit qui paſſus eſt: et qui reſurrexit. Tertio: vt patri pro nobis ſupplicans: quale genus tormenti pro homine pertulerit: ſemper oſtendat.

Quarto: vt ſua morte redemptis: quã mi-
ſericorditer ſint adiuti propoſitis eiuſdem
mortis inditijs inſinuaret. Quinto: vt quã
iuſte damnentur impij in iudicio inſinuet:
oſtenſis cicatricibus: quas pro illis accepit.
¶ Ad rõnes in oppoſitum. ¶ Ad primã
reſpondetur: ꝙ cicatrices ille: que in corpo
re xp̄i permãſerunt: ⁊ que in alijs martiri-
bus: vt dicit Auguſtinus. xij. de ciuitate dei:
nõ pertinẽt ad corruptionem vel defectum
aliquem: ſꝫ ad maiorem cumulum glorie: in
quãtum ſunt quedam virtutis inſignia: ⁊ in
illis locis vulnerum quidam ſpūalis decor
apparebit. ¶ Ad ſecundam rñdetur: ꝙ il-
la apertura vulnerum: quãuis ſit cum qua
dam ſolutione continuitatis: totum tamen
hoc recompenſatur per maiorem decorem
glorie: vt corpus nõ ſit minus integrũ: ſed
magis perfectum. ¶ Ad tertiã rñdetur ne
gando minorem: Dicimus enim: ꝙ cicatri
ces ſemper mãſure ſunt in corpore. Quod
autem dicitur ꝙ ſunt diſpẽſatiue aſſumpte:
hoc nõ eſt: quia ad tempus aſſumpte ſunt:
ſꝫ quia non erat de neceſſitate nature: ꝙ in
xp̄o remanerent ſicut accidit in nobis: ſꝫ ꝓ
pter aliquem finem: ſicut dictum eſt.

AD ſecũdam. q. ſic ꝓcedit. Et
videtur ꝙ nõ fuit cõueniens
ꝙ xp̄s ſe palpãdum diſcipu
lis exhibuerit. ¶ Primo ſic
Palpabile enim incorrupti-
bili eſt contrarium: vt dicit Grego. Sꝫ con
traria nõ poſſunt eſſe in eodem. Quom er
go corpus xp̄i eſſet incorruptibile: videtur
ꝙ non debuit ſe ipſum palpabilem exhibe
re. ¶ Secundo ſic. Differentie tangibiles
ſunt calidum ⁊ frigidum: ⁊ hmõi contraria
Sed in corporibus glorificatis nõ erũt hu-
iuſmodi qualitates contrarie: vt videt: Er
go corpus xp̄i palpari nõ potuit. ¶ Tertio
ſic. Hoc ſolũ eſt palpabile: quod reſiſtit ta
ctui: ⁊ cui tactus reſiſtit. Unde aer: quãuis
ſit tãgibilis: nõ tamẽ ẽ palpabilis: Sed cor
pori xp̄i nõ reſiſtebat aliud corpus: quod ia
nuis clauſis intrauit: Ergo palpari non po
tuit. ¶ Quarto. Spūs boni vel mali pñt
accipere corpus ſolidum. Ergo per palpa-
tionem nõ ſufficiẽter probatur veritas cor
poris. ¶ In oppoſitum eſt euangelium no
ſtrum: vbi dicitur: Palpate ⁊ videte. ⁊c.
Rñdeo dicendum: ꝙ xp̄s conueniẽter cor
pus ſuũ palpabile diſcipulis exhibuit. Pa
tet iſta cõcluſio: quoniam ad oſtẽdendã ve
ritatem reſurrectionis: cõueniẽter viſui ad
iunxit palpatiõẽ: vt excluderetur viſio per
immutationem viſus ab imaginatione: ⁊ vi
ſio vmbrarum: ⁊ viſio ſpirituum apparen-
tium. ¶ Ad rationes in oppoſitum. ¶ Ad
ꝑmam rñdetur: ꝙ omne corpus tangibile
eſt per naturam tangibile corruptibile. Un
de ſꝫm philoſophos celũ ẽ viſibile: ⁊ nõ tã
gibile: Sed quod eſt per naturam corrupti
bile: poteſt eſſe per gloriam incorruptibile.
Unde quãuis corruptibile ⁊ incorruptibi-
le ſint cõtraria ſimpliciter: propter quod di
cit Gregorius: ꝙ xp̄s oſtendit in ſe duo cõ
traria: tamen corruptibile per naturã: ⁊ in
corruptibile per gloriam nõ ſunt cõtraria.
Unde ſicut corpus glorioſum habet in po
teſtate ſua videri: ⁊ tamen videri: ita hꝫ in
poteſtate ſua: ꝙ poſſet palpari: ⁊ vtrumqꝫ
ſine miraculo. Sed palpatur per naturam
corporis: non palpabile aũt eſt: inquãtũ cor
pus eſt inſtrumentũ anime glorioſe. ¶ Ad
tertiam rñdetur dupliciter. Primo ſic: ꝙ
palpatio nõ pertinet ad ſenſum tactus in-
quantum eſt diſcretiuus calidi ⁊ frigidi: et
huiuſmodi contrariorum: ſed inquãtum eſt
diſcretiuus corporũ ſolidorum: que habẽt
potentiam naturalẽ reſiſtẽdi: diuidẽti. Et
hec quidem ſoliditas eſt in corporibus glo
rioſis: etiam ſi nõ ſint qualitates ille contra
rie. Secũdo rñdetur: ꝙ etiam ſi qualitates
ille ſint in corpore glorioſo: quantũ ad ſub
ſtantiam: ſed non ſunt quantum ad actionẽ:
quod vnum agat in alterum: continebũtur
per formam glorie: ne agant ſicut continen
tur: per formam naturalem: ne diſſoluãt cõ
iunctum. ¶ Ad tertiam reſpondetur negã
do ꝯñam. Et ratio eſt: quia quãuis corpori

glorioſo nullum corpus nõ glorioſum poſ⸗
ſet reſiſtere:tamen corpus glorioſum poteſt
reſiſtere cuilibet alteri corpori:⁊ ſecundum
hoc poteſt palpari. ¶ Ad quartam reſpon
detur negando cõſequentiam. Et ratio eſt:
quia quãuis ſpiritus poſſit corpus ſolidū
accipere:non tamẽ poteſt aſſumere corpus
ſolidū:in quo appareant omnes operatio
nes vite:ſicut perfecte in corpore xp̄i appa
rebant. Preterea:quia opus artis non po
teſt eſſe ſimile operi nature:quãuis ſtatim
nõ perciperetur deceptio:ſi ſpūs corp⁹ ſoli
dū aſſumpſiſſet:tamen ex longa mora:qua
lem xp̄s traxit cum diſcipulis ſuis:non po⸗
tuiſſet latere:quia iſta que fiunt per artem
demonis preter viam nature:non ſunt diu
turna.

Ad tertiam.q.ſic procedit. Et
videtur ꝙ xp̄s poſt reſurre⸗
ctionem:vere comederit ci⸗
bū:ſibi incorporãdo. ¶ Pri
mo ſic. Dicit Aug.li.lxxxiij.
q. Si fallit:veritas nõ ẽ. Unde nulla fictio
decet xp̄m:qui eſt veritas.eſſet autē fictio:
ſi nõ vere cibum incorporaret:quē ipſe cõ
medere videbatur. Uere ergo commedit:
incorporando ſibi cibum. ¶ Secundo ſic.
Si nõ fuit vera cõmeſtio:nõ videtur argu
mentum ſufficiens oſtenſiuum veritatis hu
mane nature:Sꝫ fuit:Ergo vera cõmeſtio
fuit:incorporando ſibi cibū. ¶ Tertio. Si
non fuit cibus ſumptus:corpori incorpora⸗
tus:queritur:quid ſit factum de illo. ¶ In
oppoſitum arguitur:ex eo ꝙ Damaſ.dicit
in tertio.li.ꝙ xp̄s ⁊ ſi guſtauit cibum poſt
reſurrectionem:ſed non lege nature:ſed diſ
penſationis modo:in veritatem cedere fa⸗
ciens reſurrectionis:quia hec eadem caro
eſt:que paſſa eſt:⁊ que reſurrexit. Reſpon
deo dicendum:ꝙ aliquid dicitur eſſe verū
dupliciter. Uno modo veritate ſignifica⸗
tiõis. Alio modo veritate naturalis ſpeciei:
ſicut vox ẽ vera veritate ſignificatiõis:quã
do ſignificat quod eſt. Ueritas autem natu
ralis ſpeciei dependet ex principijs ſpeciei:
nõ autem ex effectibus:vel ex ijs:que quo
cūqꝫ modo conſequuntur. Unde vox dici⸗
tur vera:veritate naturalis ſpeciei:quando
formatur debitis inſtrumentis:⁊ ex ore ani
malis profertur:cum quadam imaginatio⸗
ne:⁊ etiam ſi a nullo audiatur:quod eſt effe
ctus ſermonis:conſequens vocem. Legit
in ſcripturis:ſicut in ſuperioribus dictū eſt
abſqꝫ neceſſitate ⁊ angelos commediſſe:⁊
chriſtum poſt reſurrectionem:⁊ vtraqꝫ cõ⸗
meſtio fuit vera:vt Auguſtinus dicit.xiij.
de ciuitate dei aliter tamen:⁊ aliter. In an⸗
gelis enim fuit vera:veritate ſignificatiõis:
quia vt Auguſtinus ibidem dicit:angeli cõ
mederunt:nõ quia indegebant:ſed quia vo
lebant:⁊ poterant:vt hominibus quadam
ſui miſterij humanitate ꝯgruerent. In xp̄o
autem fuit vera cõmeſtio:veritate natura⸗
lis ſpeciei. Fuit eñi exercitata naturalibus
inſtrumentis:ad hunc actum ordinatis: Et
etiam fuit vera: veritate ſignificationis:qa
ſignificabat veritatē humane nature:i cor
pore reſurgente. Quod autem cibus ꝯuer
tatur in corpus:eſt quid conſequens cõme⸗
ſtionem. Unde eſſet in nobis:ſi cibus non
conuertatur:ſed ſtatim per vomitum eijcia
tur:nihilominus vera fuit cõmeſtio:que p̄
ceſſit. Non autem conueniebat:vt in corp⁹
chriſti:cibus conuerteretur:quod iam erat
extra ſtatum generationis:⁊ corruptionis.
Et ſic patet reſponſio. ¶ Ad primam ratio
nem in oppoſitum. ¶ Ad ſecundã reſpõde
tur:negãdo conſequentiam. Pro quo no⸗
ta iuxta Albertum ſuper. Lucã:quod ſicut
dicit Ambroſius duplex eſt manducatio:et
vtraqꝫ veritatis nature demõſtratiua. Una
quidem indigentie:que cibum ſumptum ſi
bi incorporat:⁊ ex eo accipit confortationẽ
⁊ hec eſt animalis corporis. Alia autem eſt
pure poteſtatis:⁊ nullius īfirmitatis demõ
ſtratiua:⁊ hec cibum ſumit:ſed digerendo
eum:ſibi non incorporat:ſed poteſtate natu
re conſumit:⁊ in priſtinam conuertit mate⸗
riam:ſicut radius conſumit aquam. Et hac
poteſtate chriſtus manducauit poſt reſurre

ctionem. Hec autez poteſtas non eſt niſi ve-
re carnes corporibus: ⁊ non in fantaſijs ni-
gromanticorum. Unde ab iſta ſicut firmiſ-
ſimo ſue reſurrectionis argumento proceſ-
ſit chriſtus: ex iſtis patet reſpōſio ad tertiā:
quid ſit factum de illo cibo. ⁊c.

¶ In octauis paſce eſt euangelium In illo
tempore Quom ſero eēt die illo. ⁊c. Jo.
ij. Circa quod poteſt dici. ſe. q.

¶ Primo: vtrum conueniens fuit vt chri-
ſtus poſt reſurrectionem cuz diſcipulis cō-
tinue conuerſaretur.

¶ Secundo: vtrum chriſtus intrauit ad di-
ſcipulos clauſis ianuis.

¶ Tertio: vtrum Thomas cicatrices chri-
ſti tetigerit: vel tantum viderit.

Ad primaz ſic proceditur. Et
videtur fuiſſe conueniēs: ꝙ
chriſtus poſt reſurrectionez
ſuam continue cum diſcipu-
lis cōuerſaretur. ¶ Primo
ſic. Ad hoc enim chriſtus poſt reſurrectio-
nem diſcipulis apparuit: vt eos de fide re-
ſurrectionis certificaret: ⁊ cōſolationem ꝑ-
turbatis afferret: ſm illud Jo. ij. Gauiſi ſūt
apoſtoli: viſo domino. Sed magis fuiſſent
certificati ⁊ conſolati: ſi eis continue ſuam
preſentiam exhibuiſſet: Ergo videtur fuiſ-
ſe conueniens: vt continue cum eis conuer-
ſaretur. ¶ Secundo ſic. Chriſtus reſurgēs
a mortuis non ſtatim aſcendit in celum: ſed
poſt. xl. dies: vt habetur Act. i. Illo autem
tempore intermedio: in nullo alio loco po-
tuit conuenientius eſſe: ꝗ̄z vbi diſcipuli eius
erant congregati: Ergo videtur conueniēs
ꝙ cum eis continue conuerſatus fuiſſet.

¶ Tertio ſic. Ipſo die reſurrectionis do-
minice chriſtus apparuiſſe legitur quinques:
vt Auguſtinus dicit: de conſenſu euangeli-
ſtarum. Primo quidem mulieribus ad mo-
numentum. Secundo eiſdem regredienti-
bus a monumento in itinere. Tertio petro.
Quarto duobus euntibus in caſtellum.
Quinto pluribus in hieruſalem: vbi non
erat Tho. Ergo videtur: ꝙ alijs diebus an-
te aſcenſionem debuerit pluries alijs appa-
rere. ¶ In oppoſitum eſt euangelium pre-
ſens: vbi dicitur. Poſt dies octo apparuit
diſcipulis. Non ergo continue conuerſaba-
tur cum eis. Reſpondeo dicenduz ſub iſta
cōcluſione: ꝙ cōueniens nō fuit: vt chriſtus
conuerſaretur poſt reſurrectionem conti-
nue cum diſcipulis ſuis. Que concluſio de-
claratur ſic. Circa reſurrectionem xp̄i duo
erant declaranda diſcipulis. ſ. ipſa veritas
reſurrectionis: ⁊ gloria reſurgentis. Ad ve-
ritatem autem reſurrectionis manifeſtan-
dam: ſufficit ꝙ pluries eis apparuit: ⁊ cum
eis familiariter locutus eſt: ⁊ commedit: et
bibit: ⁊ ſe eis palpandum prebuit. Ad glo-
riam autem reſurrectionis ſue manifeſtan-
dam: noluit cōtinue conuerſari cum eis: ſi-
cut prius fecerat: ne videretur ad talem vi-
tam reſurrexiſſe: qualem prius habuerat.
Unde Luc. vltimo dicit eis. Hec ſunt ver-
ba: que locutus ſum apud vos: cum adhuc
eſſez vobiſcum. Tunc quidem erat cuz eis.
non ſolum corporali preſentia: ſed etiam ꝑ
ſimilitudinem mortalitatis. Unde Beda
ſupradicta verba exponēs dicit Quom ad-
huc vobiſcum eſſem in carne mortali: i. qua
eſtis ⁊ vos: tunc quidez in eadem carne re-
ſuſcitatus erat: ſed cum illis in eadem morta-
litate non erat. ¶ Ad rōnes in oppoſitum.

¶ Ad primam reſpondetur negando con-
ſequentiam. Et ratio eſt: quia frequens ap-
paritio chriſti ſufficiebat ad certificandum
diſcipulos de veritate reſurrectionis. Con-
uerſatio autem continua: eos potuiſſet in-
ducere in errorem: ſi ad ſimilem vitam euz
reſurrexiſſe crederēt: quā prius habuerat.
Conſolationem autem de continua ſui pre-
ſentia: eis in alia vita promiſit: ſecundum il-
lud Jo. xv. Iterum videbo vos: ⁊ gaude-
bit cor veſtrum: ⁊ gaudium veſtrum nemo
tollet a vobis. ¶ Ad ſecūdam rn̄detur ne-

gando conſequentiam. Et ratio eſt: q: chri-
ſtus non ideo continue conuerſatus eſt cuꝫ
diſcipulis: quia reputaret ſe alibi conueniē
tius eſſe: Sed quia hoc diſcipulis inſtruen
dis conuenientius indicabat: ſi nō continue
conuerſaretur cum eis: ratiōe predicta. In-
cognitum eſt autem: quibus in locis inter-
medio tempore: corporaliter eſſet: cum hoc
ſcriptura nō tradat: niſi ꝙ ī omni loco ſit
dominatio eius. ¶ Ad tertiam responde-
tur negādo conſequentiam. Et ratio eſt: qa
ideo prima die frequentius apparuit: quia
per plura inditia erant admonēdi: vt a p̄n
cipio fidem reſurrectiōis reciperēt. Poſt-
q̄ꝫ autem eam receperant: non oportebat
eos iam certificatos tam frequentibus ap-
paritionibus inſtrui. Unde in euāgelio nō
legitur: ꝙ poſt primam diem eis apparuit:
niſi quinquies. Ut enim dicit Auguſtinus
de conſenſu euangeliſtarum: poſt quinque
primas apparitiōes: ſexto apparuit: vbi vi
dit euꝫ Tho. Septimo ad mare tiberiadis
in captione piſcium. Octauo in monte gali
lee. Nono recumbentibus: quia iam non
erant in terra cum eo conuiuaturi. Et deci
mo in ipſo die aſcenſionis: non iam in ter-
ra: ſed eleuatum in nube: cum in celum aſcē
deret. Sed nō omnia iſta ſcripta ſunt ſicut
Io. fatetur. Crebra enim erat eius cum il-
lis conuerſatio: priuſq̄ꝫ aſcendiſſet in celuꝫ
Et hoc ad conſolationem eorum. Unde eti
am primo. Cori. xv. dicitur: ꝙ viſus ē pluſ
q̄ꝫ quingentis fratribus ſimul: deinde vi-
ſus eſt Jacobo. De quibus apparitiōibus
in euangelio nō habetur mentio.

Ad ſecundam. q. ſic procedi-
tur. Et videtur: ꝙ chriſt9 nō
intrauit ianuis clauſis ad di-
ſcipulos. ¶ Et p̄mo ſic. Duo
corpora non poſſunt eſſe ſi-
mul in eodem loco: Ergo chriſtus nō intra
uit ianuis clauſis. Conſequentia eſt bona:
quia ſi intraſſet: corpus chriſti fuiſſet ſimul
in eodem loco cum corpore portatum. Aſ-
ſumptum probatur ſic. Locus proportiona
liter reſpondet locato: Sed non poteſt etiā
per miraculum fieri: quod idem corpus ſit
ſimul in diuerſis locis: niſi per aliquam cō-
uerſionem: ſicut accidit in ſacramento al-
taris: Ergo nullo modo poteſt etiam per
miraculum fieri: ꝙ duo corpora ſint in eo-
dem loco. ¶ Secundo ſic. Si duo corpo
ra eſſent in eodeꝫ loco: ſumerētur duo pū-
cta in duabus extremitatibus loci: ergo in
ter iſta duo puncta: erant due linee recte
duorum corporum in eodem loco exiſten-
tia: quod eſt impoſſibile: Ergo impoſſibi-
le eſt: duo corpora eſſe in eodem loco.
¶ Tertio ſic. Cōtra communes animi cō
ceptiones: non poteſt miraculoſe aliquid
fieri: vt ſcilicet pars non ſit minor toto: qa
contraria communibus conceptionibus di
recte contradictioneꝫ includunt. Similiter
nec contra concluſiones geometrie: que a
communibus conceptionibus infallibili-
ter deducuntur: ſicut ꝙ triangulus ha-
beat tres angulos equales duobus rectis
Similiter nec aliquid poteſt fieri in linea:
contra diffinitionem linee: quia ſeparare
diffinitionem a diffinito: eſt ponere duo
contradictoria ſimul: Sed duo corpora eſſe
in eodem loco: eſt contra concluſiones geo
metrie: et contra diffinitionem linee: Ergo
non poteſt etiam per miraculum fieri: ꝙ
duo corpora ſint in eodem loco. Proba
tio medie. Concluſio eſt geometrie: ꝙ duo
circuli non ſe tangunt: niſi in puncto. Si
autem duo corpora circularia eſſent in eo
dem loco: duo circuli deſignati in eis ſe
tangerent ſecundum totum. Similiter etiā
eſt contra diffinitionem linee: ꝙ inter duo
puncta ſit pluſq̄ꝫ vna linea recta. Quod
contingeret ſi duo corpora eſſent in eo-
dem loco: quia infra duo puncta ſignata
in diuerſis ſuperficiebus loci: eſſent due
linee recte duorum corporum locatorum.

¶ In oppoſitum eſt euangelium preſens: vbi dicitur Quom fores eſſent clauſe. ꝛc. Rn̄deo dicendum ſub certis cõcluſiõibus Prima ē: ꝙ xp̄s poſt reſurrectionē ianuis clauſis virtute diuina intrauit ad diſcipulos. Pȝ iſta cõcluſio. Dicit eni Gregorius in omelia preſentis euangelij. Illud corpus domini intrauit ad diſcipulos ianuis clauſis: quod ad humanos oculos per natiuitateȝ ſuā clauſo exiuit vtero virginis. Secunda cõcluſio. Duo corpora poſſunt diuina ꝟtute eſſe in eodem loco. Patet iſta concluſio: ex concluſione precedenti: tum ex illo: ꝙ xp̄s ad diſcipulos intrauit clauſis ianuis: tū ex illo: ꝙ beata virgo filium ſuuȝ miraculo ſe peperit: Sed in illo partu oportuit duo corpora eſſe ſimul in eodem loco: quia corpus pueri exiens: clauſtra pudoris: non fregit: Ergo miraculoſe poteſt fieri: ꝙ duo corpora ſint in eodem loco. Secundo: patet ſic Duo corpora prohibentur eſſe in eodeȝ loco ex dimenſionibus: quia materia corporalis: ſm dimenſiones diuiditur: dimēſiones autem diuidūtur ſecūdum ſitum. Deus autem: qui eſt omniū cauſa prima: poteſt conſeruare effectus in eſſe ſine cauſis ꝓmis. Unde ſicut cõſeruat in ſacramento altaris accidentia: ſine ſubiecto: ita poteſt cõſeruare diuiſioneȝ materie corporalis: ꝛ dimēſionuȝ in ea: abſqȝ diuerſitate ſitus: Poteſt ergo fieri virtute diuina: ꝛ nō alias: ꝙ corpori remaneat eſſe dimenſionatū ab alio corpore: quāuis eius materia nō ſit dimenſionata in ſitu: ab alteriꝰ corporis materia. Et ſic miraculoſe pōt fieri: ꝙ duo corpora ſint in eodē loco. ¶ Ad ratiões in ppoſitum.

¶ Ad primam reſpondetur negando conſequētiam. Et ratio eſt: quia ꝙ vnum corpꝰ ſit in duobus locis: implicat cōtradictionē: quia de ratione loci eſt: ꝙ ſit locati terminꝰ Terminus aūt eſt: extra quod nihil eſt rei. Unde nihil locati poteſt eē in loco exteriori. Quod ſi ponatur eſſe in duobus locis: ſequitur: ꝙ ſit extra ſuum locum. Et ſic ſeqtur: ꝙ ſit locatum: ꝛ nō locatum. Hoc autē nō cōtingit: ſi duo corpora ſint in eodem loco: vt dictum eſt. Et ita nō eſt ſimile de vno: ꝛ de alio. ¶ Ad ſecundam ratiōem reſpōdetur: negando minorem. Dicimus eniȝ: ꝙ duas lineas rectas mathematicas eſſe īfra duo puncta: eſt impoſſibile: quia in eis nulla alia ratio dimēſiōis pōt intelligi: niſi ex ſitu: Sed duas lineas naturales eē īter duo puncta eſt impoſſibile: quidam per naturaȝ ſed poſſibile per miraculum: quia remanet alia ratio dimenſionis in lineis duabus ex diuerſitate corporum ſubiectorum: que conſeruatur virtute diuina: etiaȝ remota diuerſitate ſitus. ¶ Ad tertiā rn̄detur: ꝙ poſito: ꝙ duo corpora ſint in eodem loco per miraculū: nō ſequitur aliquid contra communes conceptiones: nec contra concluſiones geometrie. Pro quo notandum: ꝙ quantitas dimēſiua in hoc differt ab omnibꝰ alijs accidentibus: ꝙ habet ſpecialem rōneȝ indiuiduationis: ꝛ dimenſionis: ſcilicet ex ſitu partium: preter rationem indiuiduationis: ꝛ dimenſionis: que eſt ſibi ꝛ alijs accidentibus cōis: ſcilȝ ex materia ſubiecta. Sic igit vna linea poteſt intelligi diuerſa ab alia: vel quia eſt in alio ſubiecto: que cōſideratio nō eſt niſi: de linea naturali: vel quia detentat ī ſitu ab alia: que conſideratio eſt etiam de linea mathematica: que intelligatur pret materiam. Si ergo remoueatur materia: non poteſt eſſe dimenſio linearum: niſi ſecundū ſitū diuerſum: ꝛ ſimili modo nec punctorū: nec ſuperficierū: nec quarūcūqȝ dimenſionū. Et ſic geometria nō pōt ponere: ꝙ vna linea addat alteri: tanqȝ dimēſionata ab ea: niſi ſit diuerſa in ſitu ab ea: ſed ſuppoſita dimenſione ſubiecti ſine dimēſione ſitus: diuino miraculo: vt dictum eſt intelligerentur diuerſe linee: que nō denotāt ſitum ꝓpter diuerſitatem ſubiecti. Dicimꝰ ergo: ꝙ duo circuli deſignati ī duobus corporibus ſphericis: exiſtentibus in eodem loco: ꝙ ſunt duo: non propter diuerſitateȝ ſitus: alias nō poſſent ſe tangere: ſm totuȝ: ſed ſunt duo ex diuerſitate ſubiectorum. Et propter hoc ſe to

taliter tangũt adhuc manẽt duo:ſicut ⁊ cir-
culus in corpore locato ſperico ſignatus tan
git ſm totum alium circulum:ſignatum in
corpore locante. De linea iaꝫ dictum eſt.

AD tertiam.q.ſic procedit.Et
videt:ꝙ cicatrices xp̄i Tho-
mas non tetigerit.¶ Primo
ſic.Ex preſenti euangelio:vbi
dicitur:quia vidiſti me Tho-
ma Et credidiſti:Ergo videt ꝙ viderit tãtuꝫ
⁊ non tetigerit. Patet ꝯña:quia cum exhi-
buerit tactum ⁊ viſum:debuerat dicere:qa
vidiſti me ⁊ tetigiſti.¶ Secũdo ſic. Dicit
Hiero.ad Marcellum. Nõ meretur tãge
re xp̄m:q eius reſurrectionem non credit.
Propter quod:dictuꝫ eſt magdalene. No-
li me tangere. Jo.ij.Sed Thomas reſurre
ctioné nõ credidit:Ergo cicatrices xp̄i pal
pare nõ debuit.¶ Tertio nõ videt conue-
niẽter dictum:ꝙ dictuꝫ eſt ei:q: vidiſti me
Tho.credidiſti:cũ fides ſit inuiſibiliuꝫ ſm il
lud Hebre.xi.Fides eſt argumentuꝫ nõ ap
parentium.¶ In oppoſitum videt eẽ euã
gelium. Rñdeo dicenduꝫ:ꝙ quidã dicunt:
ꝙ quãuis dominus man⁹ ⁊ latus exhibue
rit ad tangendũ:tamẽ apoſtolus ꝑpter re-
uerentiam tãgere nõ fuit auſus. Hoc ⁊ vi-
detur dubitando dicere Auguſtinus vt di
cit Albertus ſuper Jo.ſ aliȷ̃ melius dicũt.
ſ.ipſe Albertus:Alexander ⁊ ſanct⁹ Tho
mas:⁊ Tho.⁊ vidit ⁊ tetigit:Sed ad ſuã fi
dem ſufficiebat ei videre.Quã cito eniꝫ vi
dit credidit.Vñ de ipſo dicitur:qa vidiſti
me credidiſti:q: in viſu fuit primũ:⁊ ſuffi-
ciẽs motiuuꝫ ad credendũ.Quia autẽ nos
poſſemus de eo dubitare:ꝙ crediderit i vi
ſu tantum.ideo tetigit:vt nos crederemus:
Ergo vidit ſolum cicatrices ſibi:nobis aũt
nõ ſolum vidit:ſed etiam tetigit:vt omnem
a nobis excluderet dubitationem: quia te-
ſtis erat futurus reſurrectionis.Unde leo
papa Sufficit ad fidem propriam vidiſſe:
ꝙ videbat:ſed nobis operatus eſt:vt tãge
ret:quod videbat.¶ Ad rõnes in oppoſi
tũ.¶ Ad primaꝫ reſpondetur negando cõ
ſequẽtiam.Et rõ eſt:q: licet ad propriã ſuf-
ficit vidiſſe:nihilominus propter nos etiaꝫ
tetigit:vt plenius reſurrectionis teſtimoniũ
afferret.¶ Ad ſecũdam rñdetur ꝙ Tho.
prius credidit q̃ꝫ tetigit : vt dictum eſt. Et
ideo ratio nõ procedit.¶ Ad tertiã reſpon
detur primo ſic:ꝙ aliud vidit:⁊ aliud cre-
didit. Vidit hominẽ ⁊ cicatrices: ⁊ ex hoc
credidit deitatem reſurgentis.Vel dicẽdũ
ſm Albertum ſuper Jo.ꝙ in ipſo credere:
ſunt duo. Dicit enim Grego. ꝙ credere ẽ
cogitare cuꝫ aſſenſu.Et ideo ex parte aſſen
ſus:in quo perfectio fidei eſt:credere ſim-
pliciter:donũ dei eſt:nec conſurgit ex viſu:
nec ex auditu:ſ ſimpliciter eſt lumen collo
cans in credentibus primam veritatẽ:⁊ ip
ſos in veritate:vt aſſentiant ei:propter ſe:
⁊ ſuper omnia:vt dicit Dyony.Et ex illa p
te:fides:eſt immobile credentium:⁊ verita
tis fundamentum.Ex parte aũt illius:q̃ cre
dere eſt de articulo cogitare nihil ꝓhibet:
quin ipſa cogitatio ex viſu:vel auditu acci-
piat generationẽ.Et ſic dicitur ad Ro.x.
Fides ex auditu eſt.Et ſic dicitur hic:q: vi
diſti me credidiſti. Nõ accipit videre: ꝓut
eſt actus viſus:inquãtũ eſt ſenſus particula
ris:ſuper ꝓprium obiectuꝫ. Nec accipit in
quantum eſt in ipſo ſenſus cõis:ſuper figu
ram:vel ad obiectum ſenſus cõmunis:ſ po
tius prout eſt viſus actus rationis:ſe ſuper
ſenſum reflectẽtis:ſicut cõmuniter ⁊ vſuali
ter dicitur:video eſſe deum:qui intrat clau
ſis hoſtijs:⁊ talis eſt mortis:⁊ vite:triũpha
tor.Et ſic ſumitur Jo.iiij.vbi dicitur. Do-
mine video:ꝙ propheta es tu. Mouet au
tem Albertus magnus hic:quare deus ꝑ-
miſit:vt Thomas abſens dubitaret.ad hoc
reſpondens dicit:ꝙ Thomas:vt dicit Cri
ſo:tardior alijs fuit ad credendum ea:que
erant de potẽtia chriſti diuinitatis. Et ideo
oportuit fortioribus experimentis reduci.
Permiſit autem deus eum dubitare:vt ſ
tus reſurrectionis Thome probata:alijs in
dubitata efficeretur.Unde Grego. Mi-
nus mihi Maria magdalena:que cito cre

didit:cõtulit:ꝙ̃ Tho.q diu dubitauit.
¶ In dominica prima poſt octauas paſce
eſt euangelium.
¶ In illo tpe:dixit ieſus diſcipulis ſuis.
Ego ſum paſtor bonus Jo.x. Circa quod
poſſunt diſputari:ſe.q.
¶ Prima:vtrum bonus paſtor chriſtꝰ po
ſuit animam ſuam in pretium redemptio
nis pro ouibus ſuis.
¶ Secunda:vtrum bonus paſtor teneatur
ponere animam ꝓ ouibus ſuis.
¶ Tertia:vtrum licituꝫ ſit paſtori perſecu
tionis tempore gregẽ ſuũ relinquere.
Ad primaꝫ.q.ſic ꝓceditur.
Et videtur ꝙ bonus paſtor
xp̃s nõ poſuit animaꝫ in pre
tium redemptionis ꝓ oui-
bus ſuis. ¶ Primo ſic. Ni
hil corporale:eſt equale rei
ſpũali. Sed vita xp̃i quã xp̃s per paſſionẽ
dedit:fuit vita corporalis:Ergo nõ fuit ſuffi
ciens pretium ad recõpenſandum ſalutem
omnium ouiuꝫ xp̃i. ¶ Secundo ſic. Nullꝰ
emit:vel redemit:quod ſuum eẽ nõ deſijt:
Sed homines nunꝗ̃ deſierũt eſſe filij dei
ſm illud Pſ. Domini eſt terra:⁊ plenitu-
do eius:orbis terraꝝ:⁊ vniuerſi:qui habi-
tant in eo. Ergo nõ dedit animam pro redẽ
ptione hominũ. ¶ Tertio ſic. Dicit Augu.
13.de trini. Diabolus a chriſto iuſticia ſupe
randus fuit:Sed hocc exigit iuſticia:vt ille
qui inuaſit doloſe rem alienam:debeat pri-
uari:quia fraus ⁊ dolus nemini patrocina
ri debent:vt etiam iura humana dicũt. Cũ
ergo diabolus lupus rapax:oues xp̃i dolo
ſe deceperat:⁊ ſibi ſubiugauerat: videt̃: ꝙ
xp̃s bonus paſtor non debuit per viam re
demptionis oues ſuas ab eius poteſtate eri
pere. ¶ Quarto ſic. Quicũqꝫ emit:vel re
dimit aliquid:pretio:pretium ſoluit ei:q poſ
ſidebat. Sed xp̃s non dedit animam ſuam
que dicitur eſſe pretium redemptionis no-
ſtre diabolo:qui nos captiuos tenebat. Er-
go xp̃s non dedit animam ſuam in pretiuꝫ
redemptionis ouium ſuarũ. ¶ In oppoſi-
tum eſt euangelium preſens. Rñdeo dicen
dum ſub tribus cõcluſionibus. Prima eſt:
ꝙ xp̃s fuit verus paſtor omnium fidelium.
Patet concluſio. Nã paſtor eſt:q gregem
ſuuꝫ gubernat:⁊ paſcit:ſic aũt facit chriſtus
Nam ipſe regit ſuos fideles:⁊ cibo ſpũali
multiplici:⁊ etiam ſacramẽtali.ſ.corpore et
ſanguine ſuo fideles ſuos paſcit ⁊ reficit:
ſm illud. Pſal. Dominus regit me:⁊ nihil
mihi deerit: in loco paſcue ibi me colloca
uit. Et yſa:xl. Sicut paſtor gregem ſuuꝫ pa-
ſcet: in brachio ſuo: ꝯgregabit agnos:⁊ in
ſinu ſuo leuabit: fetas ipſe portabit. Et pri-
me Petri.iiij.ſcribitur. Eratis aliqñ ſicut
oues errantes:ſed cõuerſi eſtis nũc i paſto
rem:⁊ epiſcopũ animarum veſtraꝝ. Secũ
da cõcluſio. Chriſtus fuit bonus paſtor.pa
tet concluſio:quia ipſe poſuit animam ſuaꝫ
pro ouibus ſuis:⁊ ita impleuit officium bo
ni paſtoris:ſicut miles dicitur bonus:q offi
cium militis implet. Tertia concluſio. Chri
ſtus paſtor bonus poſuit animam ſuam in
redemptionis pretiuꝫ:pro ouibus ſuis. Iſta
cõcluſio patet ex illo Mathei ſecũdo. Fi-
lius hominis venit dare animã ſuaꝫ in redẽ
ptionẽ pro multis. Pro cuius concluſiõis
declaratione:eſt ſciendum:ꝙ per peccatum
primi parentis totum humanuꝫ genus alie
natuꝫ erat a deo:vt dicitur ad Hebre. ⁊ nõ
quidem a poteſtate dei:ſed a viſione faciei
eius:ad quam filij:⁊ domeſtici admittũtur.
Et iterum in poteſtate diaboli vſurpantis
deueneramus:cui ꝯſentiendo homo ſe ſub
diderat:quantum in ipſo erat:quãuis de iu
re non poſſet:quia ſuus non erat:ſed alte-
rius. Et ideo per paſſionem ſuum chriſtus
fecit. Liberauit enim nos a poteſtate hoſtis
ipſum vincendo:per contraria eorum:qui-
bus hominem vicerat.ſ.humilitateꝫ ⁊ obe
dientiam:⁊ auſteritatem pene. Que dele-
ctationi cibi vetiti opponit̃. Et iterum ſatiſ
faciendo pro culpa:deo cõiunxit nos:⁊ do
meſticos dei:⁊ filios fecit. Unde iſta libera
tio duas rationes habuit emptiõis. Inquã
tum enim a poteſtate eripuit nos:dicit̃ nos

redemiſſe:ſicut rex regnuȝ occupatum ab
aduerſario per laborēȝ certaminis. Inquã
tum vero deuȝ nobis placauit: dicitur nos
redemiſſe.ſicut pretium ſoluens ſue ſatiſſa-
ctionis pro nobis.vt a pena ⁊ peccato libe
rarēmur:Et ſic patet concluſio.ſ.ꝙ paſtor
noſter chriſtus:animam ſuam dedit in pre
tium redemptiõis pro ouibus ſuis.Alij ve
ro prelati:paſtores boni non ponunt aĩas
ſuas in pretiuȝ:ſed vt dicit Albertus in exẽ
plum:⁊ fidei argumentum.Et ita pro nomi
ne chriſti anima ponitur ſḿ illud Jo.iȝ.ꝙ
dicebat.Petrus chriſto.Animam meã po
nam pro te.¶ Ad rationes in oppoſitum.
¶ Ad primam reſpondetur:ꝙ vita corpo
ralis xp̃i:habebat quendaȝ inſignitum valo
rem ex diuinitate cõiuncta:inquantum non
erat vita puri hominis:ſed dei ⁊ hominis.
Et ideo poterat eſſe ſufficiens recompenſa
tio vite ſpũalis ouiuȝ ſuaruȝ:⁊ precipue ra
tione caritatis eximie:ex qua offerebatur.
¶ Ad ſecundam rñdetur:ꝙ homo dicitur
eſſe dei:dupliciter.Uno modo inquantum
ſubijcitur poteſtati eius.Et hoc modo hõ
nunq̃ȝ deſijt eſſe dei.Alio modo per vnio-
nem caritatis ad eũ:ſḿ quod dicitur Ro.
viij.Si quis ſpiritũ dei nõ habet:hic nõ eſt
eius:Et hoc mõ homo deſijt eẽ dei:per pec
catũ.Et ideo inquãtũ fuit liberatus a pec-
cato:ideo paſſo ſatiſfaciẽte:dicitur per paſ
ſioné chriſti eſſe redẽptus.¶ Ad tertiã re
ſpõdetur negando cõſequẽtiaȝ.Et rõ eſt:q:
quãuis diabolus iniuſte nos vſurpauerit:
⁊ ſua fraude deceptionis ſub ſua ſeruitute
teneret nos:tamẽ iuſte in eius poteſtate de
uenimus:ex quo ab eo victi ſumus.Et ideo
oportuit etiam:vt ipſe vinceretur per ↄtra
ria eorũ:quibus vicit nos. Nõ enim violẽ
ter vicit:ſed ad peccatum fraudulenter in-
ducens.Et ideo per reſpectuȝ ad deum:iu-
ſticia exigebat:ꝙ homo redimeretur:non
autem per reſpectum ad diabolum.¶ Ad
quartam reſpondetur negando conſequen
tiam.Et ratio eſt:quia redemptio require-
batur ad hominis liberationem:per reſpe
ctum ad deuȝ:cui homo propter peccatum
ad penam erat obligatus:ſicut ſummo iudi
ci:non autem requirebatur redemptio per
reſpectum ad diabolum.Et ideo pretiũ nõ
erat ſoluendum diabolo: ſed deo. Et ideo
chriſtus animam ſuam:que erat pretiuȝ no
ſtre redemptionis:non dicitur obtuliſſe dia
bolo:ſed deo.A diabolo autem per victo
riam ſue paſſionis nos eripuit.

AD tertiam.q.ſic procedit.Et
videtur ꝙ paſtor nõ teneatur
ponere animaȝ ſuam pro oui
bus ſuis.¶ Primo ſic.Ho-
mo tenetur amare plus ſe:q̃ȝ
ꝓximuȝ.Ergo videtur:ꝙ nõ tenetur dare
animaȝ ſuam ꝑ ouibus ſuis.Cõſequẽtia pȝ
q: magis amabile eſt preferenduȝ ei:ꝙ mi
nus tenetur quis amare. Aſſumptuȝ etiam
pȝ ex illo.Mathei.xxij.Diliges ꝓximum
ſicut teipſum.Ubi videtur: ꝙ dilectio ho-
minis ſit exemplar dilectionis proximi.Sȝ
exemplar eſt potius exemplato.Ergo nõ te
netur ſe plus diligere:q̃ȝ proximuȝ. ¶ Se
cundo ſic.Quanto quis amat ſaluteȝ alicu
ius:tanto vitat peccatum eius:Sed magis
debet vitare peccatum ſuum:q̃ȝ peccatum
alterius:Ergo paſtor magis debet diligere
vitam ſuam:q̃ȝ ſalutem ouium ſuarum:Er
go ⁊ cetera.¶ Tertio ſic. Quom dicitur:
ꝙ paſtor teneatur ponere animam ſuã pro
ouibus ſuis:aut itelligitur in temporalibꝰ:
⁊ hoc non:quia paſtor non tenetur pati di
ſpendium vite temporalis:pro vita tempo
ralis gregis:aut i ſpiritualibus:⁊ hoc etiaȝ
non:quia nullus tenetur pati diſpendium
in ſpiritualibus:pro bono ſpirituali ouium
ſuarum:Ergo.⁊c̄.¶ In oppoſitum eſt euã
gelium preſens.Reſpondeo dicenduȝ ſub
certis concluſionibus.Prima eſt. Bonus
paſtor non debet animam ſuam ponere ꝓ
vita ouium:brutorum animalium. Patet
concluſio.Res melior non eſt exponenda
periculo pro minus bona:Sed magis ecõ-
uerſo: Sed vita hominis eſt melior ſim-
pliciter:q̃ȝ vita ouium brutoruȝ animalium

Ergo licet paſtoꝛ brutoꝝ animaliuꝫ debeat aliqueꝫ laboꝛeꝫ pro ſalute gregis ſuſtinere. Unde dicebat Jacob. Gen̄. xij. Nocte ac die gelu vrebar: ⁊ eſtu: non tamē dꝫ ſe moꝛti exponere pro eo. Secūda concluſio. Bonꝰ paſtoꝛ nō tenetur ponere animam ſuam. i. vitam coꝛpoꝛalem pro ſalute coꝛpoꝛali ouiū ſuaꝝ. Patet: quia vita paſtoꝛis eſt preferēda ſaluti coꝛpoꝛali: ſiue vite coꝛpoꝛali ouiuꝫ ſuaruꝫ: Ergo non tenetur paſtoꝛ vitam ſuaꝫ exponere periculo moꝛtis pro ſalute coꝛpoꝛali ouium ſuarum. Confirmatur: quia ex oꝛdine caritatis: homo plus tenetur diligere coꝛpus propriū: qꝫ coꝛpus ꝓximi ſui: ergo ⁊c. Tertia concluſio. Paſtoꝛ bonus animarum: tenetur animam ſuam ponere. i. vitaꝫ coꝛpoꝛaleꝫ exponere pro ſalute ſpirituali ouium ſuarum Jſta concluſio patet ex dicto ſaluatoꝛis in preſenti euangelio. Patet etiam ratione: quia anima humana eſt nobilioꝛ coꝛpoꝛe: ⁊ ita ſalus eius preferenda ē ſaluti coꝛpoꝛis: Ergo cum periculuꝫ imminet de ſalute gregis: quiſqꝫ bonus paſtoꝛ debꝫ coꝛpoꝛalis vite ſue ſuſtinere diſpendium: ꝓ gregis ſalute. Ꝙ ꝯfirmatur ex eo: ꝙ plus debemus diligere proximū: quo ad animā qꝫ coꝛpus propꝛium noſtrum: vt dicit Auguſti. in primo de doctrina xp̄iana. ¶ Ad rōnes in oppoſitum. Ad primā reſpondetur: ꝙ aſſumptum eſt veruꝫ. Sed notandū ꝙ in homine ſunt duo. ſ. natura ſpūalis: et coꝛpoꝛalis. Per hoc autē dicitur homo diligere ſeipſum: ꝙ diligit ſe: ſecundū naturā ſpūalem. Et ſecunduꝫ hoc debet homo magis ſe diligere poſt deum: qꝫ quēcūqꝫ aliū. Secundum autem naturaꝫ coꝛpoꝛaleꝫ: debet plus diligere naturam ſpūalem proximi ſui. Et ita eſt explanatum in cōcluſionibus poſitis. ¶ Ad ſecundaꝫ patet rn̄ſio ex dictis: quia arguit: ꝙ homo ſecundum naturaꝫ ſpiritualem debet ſe plus diligere poſt deum: qꝫ quēcūqꝫ aliuꝫ. ¶ Ad tertiam reſpōdetur negando cōſequentiam. Et ratio eſt: quia argumentuꝫ illud claudicat: nō ſufficienter diuidēdo: quia deficit in tertio mēbro. ſ. ꝙ paſtoꝛ in tempoꝛalibus patiatur diſpendium pro ſalute ſpirituali ſuarum ouiū. Et ita vt dictum eſt: intelligit̄ cōcluſio.

tinet: debebatur ei. Unde cum celum empireum ſit locus congruus glorie: conueniens fuit vt ad illuꝫ locum aſcẽderet. Nobiſ aũt congruum fuit quantum ad tria. Primo: vt nos quaſi incorruptibileꝫ poſſeſſionem induceret celi: quã nobis precio ſui ſãguinis emerat. Secundo vt ipſe ſpem noſtram ad celum erigeret: q2 dum humanã cõditionẽ ſideribus importauit. credẽtibuſ celum poſſe patere mõſtrauit vt dicit Leo papa. iij. vt iam Chriſtum nõ ſm carnẽ cognoſcentes: ſpũaliter tm̃ ei cõiungamur: vt ſic idonei efficiamur ad dona ſpũs ſancti accipienda: ſm illud. Pſ. Aſcẽdens xpus in altũ: dedit dona hoibus. Secũda ꝯcluſio. Chriſtus aſcẽdit ſuper oẽs celos. Iſta cõcluſio habetur ad Ephe. iiij. Aſcẽdit ſuper oẽs celos: vt adimpleret omnia. Iſta cõcluſio rõne ſic ꝓbat. Quãto aliqua corpora perfectius participant diuinaꝫ bonitatem: tanto ſunt ſuperiora corporali ordine: qui eſt ordo localis: Sed inter oĩa corpora etiam glorioſa: corpus xpi maiori refulget gloria. Ergo ꝯuenientiſſimũ fuit: ꝙ ſit ſup omnia corpora ꝯſtitutũ in alto. Et ideo ſup illud ad Ephe. iiij Aſcendens xps in altuꝫ: dico loco: ⁊ dignitate. Attẽde tamen: ꝙ nõ dicitur aſcẽdiſſe ſuper oẽs celos: ꝙ extra celũ empireũ ſit: ſed ꝙ in altiſſima parte celi empirei aſcẽdit: nec in aſcenſu ſuo fuit aliqua diuiſio facta celorũ: q2 quãuis de natura corporis nõ ſit: ꝙ poſſit eſſe in eodeꝫ loco ſimul cũ alio corpore: põt tamẽ deus hoc facere per miraculũ: ꝙ in eodem loco poſſent eſſe ſimul: ſicut fecit vt corpus xpi clauſo vtero beate virginis exiret: ⁊ ꝙ intrauerit ianuis clauſis ad diſcipulos: vt dicit beatus Gregorius. Tertia ꝯcluſio. Chriſtꝰ aſcẽdit ꝓpria virtute in celũ. Iſta ꝯcluſio patꝫ ex illo Iſa. lxiij. Iſte formoſus in ſtola ſua: gradiens in multitudine fortitudinis ſue.

Pro cuius ꝯcluſionis vera intelligẽti: eſt notãdum: ꝙ in xpo eſt duplex natura. ſ. diuina ⁊ humana. Unde ſm vtrãqꝫ naturaꝫ põt accipi duplex virtus eius. Sed ſm humanã naturã põt accipi duplex virtus xpi. Una quidẽ naturalis: que ꝓcedit ex principijs nature. Et tali virtute manifeſtũ ẽ: ꝙ xps non aſcẽdit. Alia aũt virtus in humana natura: eſt virtus glorie: ſm quã xps in celum aſcẽdit. Cuius quidẽ virtutis rõ ex parte anime glorificate aſſignãt: ex cuiꝰ redundantia glorificãt corpus: vt dicit Aug. ad Dioſcorũ. Erit. n. tanta obediẽtia corporis glorifi ad aiam beatã: vt ſicut Aug. dicit. xxij. de ciuitate dei: vbi volet ſpũs ibi erit ꝓtinus corpus. Decet aũt corpus glorioſum ⁊ imortale eſſe in loco celeſti: vt dictum eſt. Et ideo ex virtute aie volẽtis: corpus xpi aſcendit in celum. Sic ergo xpus aſcẽdit ꝓpria virtute. Primo quidẽ virtute diuina. Secũdo aie glorificate mouentis corpus: pro vt vult. Nec obuiat huic ꝯcluſioni: ꝙ aſſumptus dicitur in euãgelio: q2 ſicut xps dicitur ꝓpria virtute ſurrexiſſe: ⁊ tñ eſt ſuſcitatus a patre: eo ꝙ eſt eadẽ virtus patris ⁊ filij: ita xps ꝓpria virtute aſcẽdit in celũ: ⁊ tñ a patre eſt eleuatus: ⁊ aſſũptus. ¶ Ad rõnes in oppoſitũ ¶ Ad primã rñdetur: ꝙ aſcẽdere: ⁊ deſcẽdere: poſſunt dici ꝓprie. Et ſic ſignãt equiuocalem. Unde nõ ꝯueniũt xpo ſm diuinã naturaꝫ: ſed ſm humanã: ſecundũ quã deſcẽdit ad inferos: hic deſcenſus fuit ſm aiam: ⁊ aſcẽdit localiter ad celos ſm aiam ⁊ corpus ſimul. Dicitur ẽt Metha. Aſcẽdere ⁊ deſcendere. Et ſic xps dicitur deſcẽdiſſe ſm diuinã naturã: inquãtum ſe exinaniuit: formã ſerui accipiẽs. Phi. ij. Et inquãtũ per nouũ effectũ fuit ibi in aia ſm quẽ ante nõ fuerat. Aſcẽdiſſe aũt quãtũ ad notitiã aliorũ: ſimiliter quãtũ ad humanã naturã aſcẽdit: ſm ꝙ exaltatus eſt ad gloriã reſurrectionis: ⁊ notitiã populoꝝ: deſcendit aũt ſm paſſionis ignominiã. Nõ aũt dici k nemo aſcẽdit: niſi qui deſcẽdit: ad perſonã referẽdum eſt: cui ſm vnã naturã ꝯuenit deſcendere de celo. i. ſm diuinã: inquãtũ ſibi carnem in perſona copulauit: ⁊ ſm aliam. ſ. humanã aſcendere. ¶ Ad ſecundã rñdetur:

ꝙ fuit decentius: corpus xpi in celo q̃ȝ in
terra. Pro quo nota: ꝙ licet per hoc: ꝙ
xps aſcendit in celum: nihil ei accreuit: quā
tum ad ea: que ſunt de eſſentia glorie ſiue
ſm corpus: ſiue ſm aīaȝ: tamen accreuit ei
aliquid: quantū ad loci decētiam: qḋ eſt ad
bene eſſe glorie: nō ꝙ corpori eius aliquid
aut perfectiōis: aut ꝯſumationis acquirere
tur ex corpore celeſti: ſed ſolum modo pro
pter quādā decētiam. Hoc aūt aliquo mo
do pertinebat ad eius gloriā. Et de hac de
centia: gaudium quoddā habuit: non qui-
dem: ꝙ tūc de nouo: de hoc gaudere inci-
peret: quādo in celū aſcendit: ſed q: nouo
modo: de hoc gauiſus eſt: ſicut de re imple
ta. Unde ſuper illud. Pſ. Delectatiōes in
dextera tua vſqȝ in finem dicit glo. Dele-
ctatio ⁊ letitia erit mihi in conſenſu tuo: hu
manis obtuſiōibus ſubtracto. Unde Ale-
xander de ales in. iij. dicit: ꝙ nouum gau-
dium poteſt dici quo ad nouā ſpēm gaudij
⁊ quo ad numerum gaudiorū: pōt dici no
uum gaudiū: q: eſt nouus modus gauden
di: vel gaudij. Primo modo non accreuit
xpo nouum gaudium: q: de nullo gauiſus
eſt in aſcenſione: de quo prius non gaude-
ret: ſed ſcḋo modo ſic: ſicut dicimus: ꝙ cuȝ
ſit deſcenſus a theorica practice ad practicā
experiente: non fit deſceſus a noto ad igno
tum: ſed ad notū: alio modo. ¶ Ad tertiaȝ
rñdetur negando minorē. Et ratio eſt: q: li
cet pñtia corporalis xpi fuerit ſubtracta fi-
delibus per aſceſionē: pñtia tamen diuini-
tatis ipſius ſemper adeſt fidelibus: ſm ꝙ
ipſe dicit Ma. vltimo. Ego aūt vobiſcum
ſum: vſqȝ ad conſumationem ſeculi. Qui
enim aſcēdit in celos: non deſerit adopta-
tos: vt dicit Leo papa. Sed ipſa aſcenſio
xpi in celum: qua corporalē ſui pñtiam no-
bis ſubtraxit: magis fuit vtilis nobis: quā
pñtia corporalis fuiſſet vt dicit ſcūs Tho.
Primo quidā ꝓpter fidei argumentum:
que eſt de non viſis. Unde ipſe dñs dixit
Jo. iij. ꝙ ſpūs ſanctus adueniens: arguet
mundum de iuſtitia. ſ. eorꝫ: qui nō credūt
vt dicit Aug. ſuper Jo. Ipſa quippe fideli
um comparatio infidelium eſt vituperatio
Unde ſubdit: q: ad patrem vado: ⁊ iaȝ nō
videbitis me. Beati enim qui nō vident ⁊
credunt. Erit itaqȝ veſtra iuſtitia: q: de qua
mundus arguitur: q̄m in me: quē nō vide-
tis creditis. Secundo ad ſpei ſubleuationē
Unde ipſe dicit Jo. xiiij. Si abiero ⁊ ꝑpa
rauero vobis locū: iterū veniam ⁊ accipi
am vos ad me ipſum: vt vbi ego ſuȝ ⁊ vos
ſitis. Per hoc enim ꝙ humanā naturā in
celo collocauit: dedit nobis ſpem illuc ꝑue
niendi: q: vbi fuerit corpus: ibi congrega-
buntur ⁊ aquile: vt dicitur Ma. xxiiij. Un
de ⁊ Michee. v: dicitur. Aſcendit iter pā-
dens ante eos. Tertio ad erigenduȝ carita
tis affectuȝ in celeſtia. Unde dicit Apoſto
lus. Colo. iij. Que ſurſum ſunt ſapite: non
que ſuper terrā. Et q: ſpūs ſanctus amor
eſt: nos in celeſtia rapiens: ideo dominꝰ di
cit diſcipulis Jo. xxvj. Expedit vobis vt
ego vadam. Si enim non abiero: paracli-
tus non veniet ad vos. Quod exponens
Aug. ſuper Jo. dicit. Non poteſtis capere
ſpiritum: quandiu ſm carnem noſſe perſi-
ſtitis: chriſtum. Chriſto autem aſcendente
corporaliter: non ſolum ſpiritus ſanctus: ſȝ
pater ⁊ filius illi affuit ſpiritualiter. ¶ Ad
quartam reſpondetur negando conſequen
tiam. Et ratio eſt: quia licet chriſto reſur-
gente in vitam immortalem congrueret lo
cus celeſtis: tamen vſqȝ ad aſcenſionem di
ſtulit: vt veritas reſurrectionis comproba
retur. Ad quā oſtendendaȝ oportuit: ꝙ nō
ſtatim poſt reſurrectionem aſcenderet: ſed
diu cum apoſtolis conuerſaretur: vt ex ma
gna familiaritate omnis dubitatio tollere-
tur: quia ſi tm̄ apparuiſſet ſemel: potuiſſet
videri aliqua illuſio. Et ideo pluries in il-
lis. xl. diebus illis apparuit. Fuit etiam di-
latata aſcenſio ad conſolationem diſcipu-
lorum: qui de morte chriſti contriſtati fue-
rant. Et ideo dicit glo. Act. j. ſicut. xl. hore

fuerūt mortis xpi:ita.xl.dies cū eis cōuerſa
tus eſt poſt reſurrectionem:quia conſolatio
diuina excedit triſtitiam humaná vt magis
extendaꝛ tempus cōſolationis: q̄ȝ tribula-
tionis. Quod aūt arguitur de alijs ſanctis:
nó valet:quia alioꝝ ſanctorum nó oporte-
bit reſurrectionem probari:quia omnibus
manifeſta erit. Et ideo nó oportet ꝙ diffe-
ratur aſcenſio eorum.

AD ſecūdam.q.ſic ꝓcediꝛ. Et
videtur ꝙ aſcéſio xpi nó fuit
nobis vtilis:τ fructuoſa no-
ſtre ſaluti. ¶ Pzio ſic. Per
paſſionem τ deſcéſum ad in
feros:omne impedimentum remotū eſt:et
ianua paradiſi per paſſionem aperta eſt:et
ſimiliter per baptiſmū:quádo celi apti ſunt
Ergo per aſcéſioné nihil nobis vtilitatis ac
creuit. ¶ Secūdo ſic. Chriſtus fuit cá no-
ſtre ſalutis:inquátuȝ ſalutē noſtraȝ meruit:
Sed per aſcéſioneȝ nihil nobis meruit:qa
aſcéſio pertinet ad premiū exaltatiōis: nó é
auté ideȝ premiū τ meritum:ſicut nec via τ
terminus:Ergo.τc. ¶ In oppoſitum eſt il
lud Jo.xvj. Expedit vobis:vt ego vadam.
i.recedá a vobis:per aſcéſionem. Rñdeo:
dicenduȝ ꝙ aſcéſio xpi fuit fructuoſa:quia
cauſa quodammodo noſtre ſalutis. Et hoc
dupliciter. Vno modo ex pte noſtra. Alio
modo ex parte ipſius. Ex parte quideȝ no
ſtra:inquátū per xpi aſcéſioné mens noſtra
mouetur in ipm:q: per eius aſcéſiōem:vt i
precedenti.q.diximus:daretur locus fidei.
ij.ſpei.iij.caritati.iiij.etiam vt reueréria no
ſtra augeretur ad ipſuȝ:dū iam extimamus
eū:nó ſicut hominé terrenū:ſed ſicut deum
celeſté:ſicut Apoſtolus dicit.ij.Cor.v. Et ſi
cognouimus ſm carné xpm mortalem:per
quod putauimus euȝ tm̄ hominem:vt glo.
exponit:ſed nūc iam nó nouimus. Ex par-
te autem ſua fuit cauſa noſtre ſalutis:quátū
ad ea:que ipſe fecit aſcēdens ꝓpter noſtrá
ſalutē:τ pmo qdeȝ viam nobis preparauit
aſcēdendi in celū:ſm ꝙ ipſe dicit Jo.xiiij.
Vado parare vobis locum τ Micheę.ij.
Aſcédit pandés iter ante eos: Quia enim
ipſe eſt caput noſtruȝ:opȝ τ illuc ſequi mē
bra:quo caput preceſſit. Vñ dicit Jo.xiiij.
vt vbi ego ſum:τ vos ſitis. Et in hmōi ſi-
gnum aīas ſanctoꝝ:quas de inferno dedu
xerat in celū:traſduxit ſm illud. Ps. Aſcé-
dens in altū:captiuá duxit captiuitaté. Se-
cūdo:quia ſicut pōtifex in veteri teſtaméto
intrabat ſanctuariū:vt aſſiſteret deo pro po
pulo:ita xps intrauit in celū ad interpellan
duȝ pro nobis:vt dicitur ad Hebre.vij. Ip
ſa enim repreſentatio ſui ex natura huma-
na:quá celo intulit:é quedá interpellatio ꝓ
nobis:vt ex quo deus humaná naturaȝ ſic
exaltauit:in xpo:etiaȝ coꝝ miſereaꝛ:pro qui
bus filius dei dicíꝛ humanaȝ naturá aſſum
pſiſſe. Tertio vt i celoꝝ ſede:quaſi deus τ
dominus ꝯſtitutus:ex inde diuina dona ho
minibus mitteret:ſm illud Ephe.iiij. Aſcé
dit ſuper omnes celos:vt ad impleret oia.
ſ.donis ſuis ſm glo. ¶ Ad rónes in oppo
ſitum. ¶ Ad primaȝ rñdetur negando con
ſequétiá. Et ró eſt:q: lȝ per paſſioné xpi oia
impediméta fuerūt a nobis ammota: τ oia
bona data:quátū ad meritū:q:.ſ.per paſſio
né xps nobis meruit predicta:oportuit ta-
mē:vt per effectū in illa bona introducere
mur:quaſi in corporalé poſſeſſioné eoꝝ:q
iam nobis meruerat. Bona aūt glorie i tri
bus cōſiſtūt. Primo in diuina viſiōe:que é
beatitudo anime:τ hoc per effectū cōtulit:
deſcédendo ad inferos. Secūdū eſt gloria
corporis. Et hoc ichoauit in ſua reſurrectio
ne. Tertium eſt locus congruus. Et hoc pre
ſtitit in ſua aſcenſione. In baptiſmo autem
celi aperti ſunt in ſignum:ꝙ per baptiſmuȝ
quem tunc inchoabat:in quo eius paſſio
operatur:plenarie celi aditus pateret no-
bis. ¶ Ad ſecūdam reſpondetur negando
cōſequétiam. Et ratio: eſt:quia licet aſcéſio
chriſti nó ſit cauſa noſtre ſalutis per modū
meriti:fuit tamen per modum efficiétie:in
quantum humanitatis:ſm quá aſcédit:eſt
quodámodo inſtrumétū diuinitatis:τ ope
ratur in virtute eius.

Ad tertiaʒ.q.ſic ꝓceditur.Et vi
a detur:ꝙ nō cōueniat xp̄o ſede
re ad dexteraʒ patris. ¶ Pri-
mo ſic. Dextera ⁊ ſiniſtra ſunt
differentie poſitionū corporaliuʒ. Sʒ nihil
corporale cōuenit deo:quia deus ſpiritus ē
Jo.iiij.Ergo videtur:ꝙ xp̄o nō conueniat
ſedere a dextris patris. ¶ Secundo ſic. Si
quis ſedet ad dexteram alicuius: ille ſedet
ad ſiniſtrā eius.Si ergo xp̄s ſedeat ad dex
teram patris:ſeqtur ꝙ pater ſedeat ad ſini
ſtraʒ filij:ꝙ eſt inconueniens. ¶ Tertio ſic.
Vel cōuenit xp̄o ſedere ad dexterā patris
ſm ꝙ deus:vel ſm ꝙ hō: Sed nec ſic: nec
ſic:Ergo.⁊c̄. Aſſumptuʒ ꝓbatur:ꝙ nō ſm
ꝙ deus:quia xp̄s ſm ꝙ deus:dicit̄ dexte-
ra dei patris:Sed nō videt̄ idem eſſe dex-
tera alicuius:⁊ ille qui ſedet ad dexterā ei⁹.
Ergo xp̄s ſm ꝙ deus:nō ſedet ad dexterā
patris.Nō aūt etiā nō ſm ꝙ homo:ꝓbat̄
ſic.Dicit Damaſ.Dexterā patris dicimus
gloriā ⁊ honorē diuinitatis: Sed honor et
gloria diuinitatis nō cōuenit xp̄o:ſm ꝙ ho
mo:Ergo videt̄:ꝙ xp̄o ſm ꝙ homo:nō cō
ueniat ſedere ad dexterā patris. ¶ In op
poſituʒ ē euangeliū preſens. R̄ndeo dicen
dum:ꝙ xp̄o cōuenit ſedere a dexteris pa-
tris:vt dicitur in ſimbolo. Patet cōcluſio.
Ad Hebre.i.dicitur de xp̄o.Sedet ad dex
terā maieſtatis in excelſis. Pro qua cōclu
ſione notāduʒ p̄mo ꝙ dextera eſt pars no
bilior corporis.Unde qui alteri ad dexte-
rā ſedet:nobiliſſimo modo ei coniungitur.
Modus autēʒ ſm queʒ aliquis patri con
iungitur:vel eſt nobiliſſimus ſimpliciter:⁊
ſic eſt eſſe equalē ſibi:⁊ hoc cōuenit xp̄o ſʒ
diuinaʒ naturā:vel eſt nobiliſſimus:quātuʒ
poſſibile eſt creature:⁊ hoc ē cōiungi ei in
vnione perſone filij eius:⁊ ſic cōuenit ſede
re ad dexteraʒ xp̄o:ſm humanā naturam.
Signat eniʒ ſeſſio firmitatē illius coniūctio
nis:Et ita in glo.ad.Ro.viij.exponitur de
xp̄o:vbi dicitur.Qui eſt ad dexteraʒ dei.ſ.
patris.i.equalis patri:vel in potioribus bo
nis patris.vbi dextera patris eſt:vel equa
litas patris:vel potioritas bonoruʒ patris.
¶ Ad rationes in oppoſituʒ. ¶ Ad primā
reſpōdetur negando ꝯñam.Et ratio eſt:qꝛ
ibi dextera nō ꝓprie dicit̄:ſed metaforice.
Unde Damaſ.dicit.iiij.libro nō localē dex
teraʒ patris dicimus:ſed per dexteram pa
tris dicimus gloriaʒ ⁊ honoreʒ diuinitatis.
¶ Ad ſecūdā reſpondetur:ꝙ rō illa proce
dit:ſm ꝙ ſedere ad dexterā: intelligit̄ cor-
poraliter. Unde Auguſt.dicit in quodā ſer
mone de ſimbolo.Si carnaliter accepim⁹:
ꝙ xp̄s ſedet ad dexterā patris:ille erit ad ſi
niſtrā. Ibi aūt.i.in eterna beatitudine om-
nis dextera eſt:quia ibi nulla eſt miſeria.
Ad tertiam reſpondetur:ꝙ xp̄o conuenit
ſedere ad dexteraʒ patris:⁊ ſm ꝙ deus:et
ſm ꝙ hō:alio ⁊ alio mō. Pro quo notādū:
ꝙ nomine dextere tria intelligi p̄nt. Uno
modo ſm Damaſ.gloria diuinitatis. Alio
mō ſm Auguſt.beatitudo patris.Tertio ſe
cundum eundem iudiciaria poteſtas. Se-
dere ad dexteram patris:nihil aliud eſt q̄ʒ
ſimul cum patre habere gloriā diuinitatis:
⁊ beatitudinē:⁊ iudiciariaʒ poteſtatem. Sʒ
hoc incōmutabiliter ꝯuenit xp̄o:ſm ꝙ ds.
Unde manifeſtū eſt:ꝙ xp̄s ſm ꝙ deus:ſe-
det ad dexteraʒ dei patris: ita tamē:ꝙ hec
ꝑpoſitio:ad:que tranſitiua eſt:ſolam diuiſio
nē pſonalē importet:⁊ originis ordinē:non
aūt gradū nature:vel dignitatis:qui nullus
eſt in diuinis perſonis.Et ita ſm primā ex
poſitionē:que eſt ꝙ dextera patris dicatur
equalitas eius. Chriſto:ſecūdū ꝙ deus eſt:
cōuenit ſedere ad dexterā patris.Et ad ra-
tionē in oppoſitū reſpondet̄:ꝙ nō eſt incō
ueniens:ꝙ filius dicatur dextera:⁊ ſedere
ad dexteraʒ:ſm diuerſas ſimilitudines:qꝛ
mathematice:vtrumqʒ dicitur. Dextera.n.
dicitur.ſ.ꝙ per ipſum pater operatur. Sʒ
ſedere ad dexteraʒ ratione predicta. Quod
autem etiam ſm ꝙ homo:xp̄o cōueniat ſe
dere ad dexteram patris:pater ſm ſecūdā
expoſitionem ſuperius dictaʒ:que eſt ſede-
re in potioribus bonis patris. Pʒ ꝙ xp̄s
ſm ꝙ hō ſedet ad dexterā patris in bonis

paternis:potioribus ꝓceteris:in maiori bea
titudine ꝛ habens iudiciariã poteſtatẽ. Ad
rõnem in contrarium rñdetur ꝙ nõ ꝓcedit
q: non conuenit xpo. ſm ꝙ homo:ſm pri-
mam expoſitionem:que eſt eẽ equalem pa
tri:ſed bene ſcđo modo:vt dictum eſt.

¶ Dominica infra octauas eſt euangeliũ.
In illo tpe dixit ieſus diſcipulis ſuis. Cũ
venerit paraclitus ꝛc. Jo.xj. Circa ꝙ poſ-
ſunt diſputari ſequentes queſtiones.

¶ Primo:vtrum ſpũs ſanctus procedat a
patre ꝛ filio.

¶ Secundo:vtrum ſpũs ſanctus ſufficien
ter perhibuit teſtimonium de xpo.

AD primã ſic procedif̃. Et
videtur ꝙ ſpũs ſanctus nõ
procedit a filio ſed a patre
ſolo. ¶ Primo ſic:ex pre-
ſenti euãgelio hʒ Dio. Ni
hil eſt audẽdum dicere de
ſubſtantiali diuinitate preter ea:que diuini
tus nobis ex ſacris eloquijs ſunt expreſſa.
Sed in ſcriptura ſacra non exprimif̃:ꝙ ſpi
ritus ſanctus procedat a filio: ſed ſolũ ꝙ ꝓ
cedat a patre:vt patet in euãgelio pñti. Jo.
xv. vbi dicitur:ſpũm veritatis:qui a patre
procedit. Ergo ſpũs ſpũs non ꝓcedit a fi-
lio. ¶ Secũdo ſic. Dio. Pater quidẽ ẽ fõ
talis deitas: filius ꝛ ſpũs ſanctus deigene
deitatis. Si ita oportet dicere: pullulatiões
ſunt dñe nature:ꝛ ſicut flores:ꝛ diuina luĩa
a ſanctis eloquijs accepimus:Sed pullula
tio nõ eſt a pullulatiõe:nec flos a flore:Er-
go nec ſpũs ſcũs a filio ¶ Tertio. In legẽ
da beati Andree dicif̃. Pax vobis:ꝛ vni
uerſis:qui credũt in vnũ deũ patrem: ꝛ in
vnũ filium eius:dñm noſtrum ieſuʒ xpm:ꝛ
in vnum ſpũm ſcũm:ꝓcedentẽ a patre:ꝛ i
filio ꝑmanẽtẽ. Qđ autẽ ꝑmanet in aliquo:
nõ ꝓcedit ab eo:Ergo ſpũs ſcũs non ꝓce-
dit a filio. ¶ Quarto ſic. Dicit Dama.
Spũm ſanctuʒ ex patre dicim⁹:ꝛ ſpũm pa
tris nominam⁹. Ex filio autẽ ſpũm non di
cimus:ſpũm autẽ filij nominamus: Ergo
ſpũs ſanctus non ꝓcedit a filio. ¶ Quinto
ſic. Filius ꝓcedit vt verbũ:Sed ſpũs no-
ſter in nobis nõ ꝓcedit a verbo nr̃o. Ergo
nec ſpũs ſanctus ꝓcedit a filio. ¶ In oppo
ſitum eſt illud. Athanaſij. Spũs ſanctus a
patre ꝛ filio nõ factus:nec creatus:nec ge-
nitus:ſed ꝓcedens. Secundo ſic. Aia nr̃a
eſt imago trinitatis:Sed amor in aia: que
repñtat ſpũʒ ſcũm:ꝓcedit a notitia:que re
preſentat filiũ:Ergo ꝛ in diuinis ſpũs ſcũs
ꝓcedit a filio. Tertio ſic. Omnis amor ꝓ
cedit ab amãte:Sed ſpũs ſanctus ẽ amor
patris ꝛ filij:ſm Aug. ꝛ Dama. Et amor
amborũ:Ergo ꝓcedit ab vtroqʒ. Quarto
ſic. Spũs ſanctus ẽ tertia pſona in trinitate
filius ſecũda:pr̃ prima:Sed ternarius ꝓce
dit ab vnitate mediante binario: Ergo ſpi
ritus ſanctus ꝓcedit a patre mediãte filio.
Reſpõdeo dicendũ:ꝙ q: textus pñtis euã
gelij dicit:qui a patre ꝓcedit: ꝛ non addit
a patre ꝛ filio:dicunt greci:ꝙ ſpũs ſanctus
nõ procedit a filio:ſed ſolũ a patre: in quo
grauiter errãt. Unde ponitur cõtra eos:ta
lis cõcluſio:ꝙ ſuppoſita trinitate perſona-
rũ:eſt neceſſariũ confiteri ſpũm ſanctum ꝓ
cedere a filio. Iſta cõcluſio oſtendif̃ ſic:qm̃
hoc remoto:ineuitabiliter remouet̃ diſtin
ctio perſonalis:ſpũs ſancti:a filio. Pʒ hoc
Quom enim diuine perſone ſecundũ nihil
abſolutum diſtinguanf̃:q: quicquid abſo-
lute in diuinis dicitur: ad vnitateʒ eſſentie
pertinet:opʒ ꝙ ipſarum diſtinctio ſit ſm re
latiões oppoſitas. oppoſitas dico:q: rela-
tiões diſtinguere nõ poſſunt perſonas: niſi
ſm ꝙ ſunt oppoſite. Qđ ex hoc patet: q:
pater hʒ duas relatiões:quarũ vna refer-
tur ad filiũ:alia ad ſpũm ſantum:que tñ: q:
non ſunt oppoſite:nõ conſtituunt duas pſo
nas:ſed ad vnam perſonã patris tñ perti
nent. Si igitur in filio:ꝛ in ſpũ ſancto non
eſſet inuenire niſi duas relatiões: quibus
vterqʒ refertur ad patrẽ:ille relatiões non
eſſent adinuicem oppoſite:ſicut nec due re
lationes:qbus pater refertur ad illos. vn-

de ſicut perſona patris eſt vna:ita ſequere
tur:ꝙ perſona filij ⁊ ſpūs ſancti eſſet una:
habens duas relationes oppoſitas duabꝰ
relationibus patris. Hoc auté eſt hereticū
cū tollat fideꝫ trinitatis. Oportet igitur ꝙ
filius ⁊ ſpūs ſanctus ad inuicem referantur
oppoſitis relationibus:non poſſunt in diui
nis eſſe alie relationes oppoſite: niſi rela-
tiones originis. Oppoſite autem relatiões
originis accipiuntur ſm̄ principium: ⁊ ꝙ
eſt a principio. Relinquitur igitur: ꝙ ne-
ceſſe eſt dicere:uel filium eſſe a ſpiritu ſan
cto:quod nullus dicit:uel ſpiritum ſanctum
eſſe a filio:quod nos confitemur: ⁊ ꝙ fuit
concluſio ſuperius poſita:que concluſio eti
am patet ex ratione proceſſionis vtriuſqꝫ.
Dicitur enim filius procedere ꝑ modū in
tellectus:vt verbum: ſpiritus autem ſanctꝰ
per modum voluntatis vt amor. Neceſſe
eſt autem:ꝙ amor a verbo procedat. Non
enim aliquid amamus:niſi ꝙ conceptione
mentis apprehendimus. Unde hoc mani-
feſtum eſt:ꝙ ſpiritus ſanctus procedat a fi
lio. ¶ Ad rationes in oppſitum. Ad pri-
mam reſpondetur ꝙ de deo dicere non
debemus:ꝙ in ſacra ſcriptura nõ inuenia
tur:uel per verba:vel per ſenſuꝫ. Licet au
tem per verba expreſſe non inueniatur in
ſacra ſcriptura:ꝙ ſpiritus ſanctus proce-
dat a filio:inuenitur tamen quantum ad ſé
ſum: ⁊ precipue:vt dicit filius. Jo.xv. De
ſpiritu ſancto loquens:ille me clarificabit:
quia de meo accipiet. Regulariter etiam
in ſacra ſcriptura tenendum eſt:ꝙ id quod
de patre dicitur:oportet de filio intelligi:eti
am ſi dictio excluſiua addatur:niſi ſolum il
lis:in quibus pater ⁊ filius ſm̄ oppoſitas
relationes diſtinguuntur. Quom eniꝫ do-
minus. Ma.xj. dicit: Nemo nouit filium
niſi pater:non excluditur:quin filius ſeipſū
cognoſcat. Sic ergo cum dicitur:ꝙ ſpiritꝰ
ſanctus a patre procedit:nõ excluditur in-
de filius: etiam ſi a ſolo pater adderetur:
quia quantum ad hoc:quod eſt eſſe princi-
pium ſpiritus ſancti:non opponuntur pa-
er ⁊ filius:ſed uantum ad hoc:ꝙ hic eſt
pater ⁊ ille filius. ¶ Ad ſecundam reſpon
detur negando conſequentiam. Et ratio ē
quia rationes ille ſunt ſimbolice: ⁊ ideo ex
eis non procedit argumentatio:ſicut idem
Dio. dicit in epiſtola ad Titum. ꝙ ſimboli
ca theologia non eſt argumentatiua:eſt ſi-
militudo quantum ad aliud.ſ.ꝙ flores ſūt
ab vno:tamen non eſt ſimilitudo:quantum
ad omnia. ¶ Ad tertiam reſpondetur ne-
gando conſinquentiam. Et ratio eſt: ſpiritꝰ
eniꝫ ſanctus poteſt dicere quieſcere in filio
tripliciter. Primo ſm̄ humanam naturam
ſm̄ illud Jſa.xj. Egredietur virga de radi
ce Jeſſe: ⁊ flos de radice eius aſcendet: ⁊
requieſcet ſuper eum ſpiritus domini: ꝙ
in eo nihil contrarium vnquā reperijt gra
tie. Alio modo intelligitur ſpiritus ſanctus
in filio requieſcere:quia virtus ſeparatiua
a patre:datur filio: ⁊ vltra non protéditur.
Tertio ſm̄ ꝙ amor dicitur quieſcere in a-
mato: ⁊ in quo quietatur amantis affectus
per nullum autem iſtorum modorum ex-
cluditur:proceſſio ſpiritus ſancti a filio.
¶ Ad quarta reſpondetur:ꝙ in hac par
te non creditur Damaſceno: quia dicitur
fuiſſe illo tempore:quo cepit iſta contro-
uerſia ſuper hac queſtione inter grecos ⁊
latinos:tamen non negat quint ſit ex filio:
ſed dicit ſe non credere:ꝙ ſit a filio: quia
adhuc inter eos in dubio vertebatur.
¶ Ad quintam reſpondetur:ꝙ duplex ē
verbum.ſ.vocale: ⁊ verbum mentis: ⁊ du
plici verbo reſpõdet duplex ſpiritus. Uer
bo enim vocali reſpondet ſpiritus corpora
lis: ⁊ verbo mentali ſpiritus amoris inti-
mi. Unde dicimus:ꝙ verbum ſm̄ genera
tionem eternam eſt ſimile verbo mentali.
Jo.j. Jn principio erat verbum. Et ideo a
verbo ꝓcedit ſpiritus ſanctus: ſicut a ver
bo mentali:ſed filius hꝫ ꝙ carnē aſſumpſit:
hꝫ ſilitudinē ỽbi vocalis. Et ſic ſoratio vo
cis fit ꝑ aerē reſpiratū:ita icarnatio ỽbi fa

cta eſt per operationē ſpiritus ſan̄cti. Et ita
rō nō ꝓcedit: quia verbū in diuinis nō acci
pitur ſm̄ ſimilitudinē verbi vocalis: a quo
non ꝓcedit ſpūs: ſed ſm̄ ſimilitudinē verbi
mētalis: a quo amoꝛ pꝛocedit.

a Ad ſecūdaꝫ. q. ſic pꝛoceditur. Et
videtur ꝙ ſpiritus ſanctus non
ſufficienter teſtimoniū reddide
rit de xp̄o. ¶ Pꝛio ſic. Quom
dicitur in Ps̄. Teſtimonium fidele illumi
nās oculos: ſapientiaꝫ pꝛeſtans paruulis: vi
detur ꝙ poſt ſufficiēs teſtimoniū de aliqua
re omnis eſt ablata dubitatio: de illa: ⁊ erro
res ceſſant: Sed poſt teſtimoniū ſpirit⁹ ſan
cti de xp̄o nō ceſſarunt dubitationes de eo:
nec erroꝛes: immo creuerunt: qm̄ multi ſur
rexerunt erroꝛes circa paſſionē xp̄i: vt patꝫ
Ergo videtur ꝙ teſtimoniū ſpūs ſancti fa
ctuꝫ de xp̄o: nō fuerit ſufficiens. ¶ In op-
poſitū eſt euangeliū pn̄s: vbi ſpūs ſanctus
vocat̄ ſpūs veritatꝭ: qui vt Jo. xvi. dicitur
docet omnē v̄itatē. Et Job. xiij. dicit̄. In-
ſpiratio omnipotentis dat intelligentiaꝫ: Er
go teſtimoniū ſpiritus ſancti: quantum ē ex
parte ſui: fuit ſufficientiſſimū teſtimoniuꝫ.
Rn̄deo: dicendū ꝙ teſtimoniū ſpūs ſancti
fuit ſufficiens apud bene diſpoſitos: apud
habētes deſideriuꝫ ſciēdi veritateꝫ. Notā
dum auteꝫ: ꝙ ſpūs ſanctus tripliciter perhi
buit teſtimoniū de xp̄o. Pꝛimo inſtruendo
diſcipulos: ⁊ fiduciaꝫ eis pꝛebendo ad teſti
ficanduꝫ Mat. x. Nō enim vos eſtis: q lo
quimini: ſꝫ ſpūs ſanctus: qui loquitur in vo
bis. Secundo ſua dona cōmunicādo credē
tibus in xp̄m: ad Hebꝛe. ij. Cōteſtante deo
ſignis ⁊ ꝓdigijs ⁊ varijs ſpiritus ſancti di
ſtributionibus. Tertio emoliendo audien-
tiū coꝛda. Ps̄. Emitte ſpiritū tuū ⁊ creabū
tur: ⁊ renouabis faciem terre. Secūdo: no
tāduꝫ: ꝙ a multis xp̄s habuit teſtimonium
ſue diuinitatis. Pꝛimo a patre ſuo celeſti i
baptiſmo: ⁊ in tranſfiguratiōe: qui ait. Hic
eſt filius meus dilectus. ⁊c̄. Secūdo: a ſpiri
tu ſancto: ſicut dictū eſt. Tertio: teſtimoniuꝫ
perhibuerunt opera miraculoꝝ: que nemo
alius fecit. Unde Jo. vi. Opera que ego
facio in nomine patris mei: teſtimoniū per
hibent de me. Quarto: Moyſes in lege.
Unde Jo. vi. Si crederetis. Moyſi: cre-
deretis foꝛſitan ⁊ mihi. De me eniꝫ ille ſcri
pſit. Deut. xviij. Pꝛophetaꝫ de gente tua:
⁊ de fratribus tuis: ſicut me: ſuſcitabit tibi
dn̄s deus tuus. Quinto: ſcriptura ꝓpheta
ruꝫ totius veteris teſtamenti. Unde Apo.
xix. Teſtimoniū ieſu eſt ſpūs ꝓphetie. Sex
to. Jo. baptiſta. Unde Jo. vi. Uos miſiſtis
ad Jo. ⁊ teſtimoniū perhibuit veritati: cuꝫ
ait. Jo. Ecce agnus dei ecce qui tollit pec-
cata mūdi. Septimo: turba clamantium in
die palmarū. Benedictus qui venit in no
mine domini. Octauo: apoſtoli: de quibus
dicitur in pꝛeſenti euāgelio. Et vos teſtimo
niū perhibebitis. quia ab initio. ſ. pꝛedica-
tionis: ⁊ operatione miraculoꝛum: mecum
eſtis. Unde Actu. iiij. dicitur. Uirtute ma-
gna reddebant apoſtoli teſtimoniū ieſu xp̄i
domini noſtri. ¶ Ad rationem in oppoſi-
tum reſpondetur negando cōſequentiam.
Et ratio eſt: quia ꝙ poſt teſtimoniuꝫ perhi
bituꝫ a ſpū ſancto: ⁊ ab omnibus iaꝫ dictis:
nō fuerint omnino ablati erroꝛes: ⁊ dubita
tiones ab hominibus: nō fuit ex inſufficien
tia teſtimonij: ſꝫ ex indiſpoſitione: ⁊ malitia
hominum noleniuꝫ accipere doctrinaꝫ ve
ritatis. Unde bene dicitur i Ps̄. Teſtimo
nium domini ſapientiaꝫ pꝛeſtans paruulis.
i. humilibus: ⁊ nō ſuperbis: ⁊ rebellib⁹ lu-
mini veritatis.

¶ In die penthecoſten euangelium eſt. In
illo tempoꝛe dixit ieſus diſcipulis ſuis. Si
quis diligit me: ſmonē: ⁊ cetera. Jo: xxiiij.
Circa qd̄ poſſunt diſputari ſequentes. q.

¶ Pꝛimo: vtruꝫ ſpiritui ſancto conueniat
viſibiliter mitti.

¶ Secundo: vtrum conſequēter miſſus ſit
in linguis igneis.

¶ Tertio: vtrum verū: ſit: ꝙ ſpūs ſanctus
docuerit apoſtolos omnia.

a Ad pꝛimaꝫ ſic pꝛoceditur. Et vi
detur ꝙ ſpiritui ſancto nō cō-

ueniat mitti viſibiliter. ¶ Primo ſic. Filiꝰ enim ſecūdum ꝙ viſibiliter miſſus eſt, i mūdum: dicitur eſſe minor patre: Sed nunꝗ̄ legitur ſpūs ſctūs minor patre. Ergo ſpiritui ſancto nō cōuenit viſibiliter mitti. ¶ Secūdo ſic. Miſſio viſibilis eſt ſm ꝙ diuina perſona aliquo modo ē in aliquo: quo prius nō fuerit: Sȝ nulla creatura viſibili pōt eſſe aliquo modo: quo prius nō fuerit. Eſt enim in oibus creaturis eſſentialiter: potētialiter pn̄tialiter: ⁊ inter hec in ſanctis mētibus ꝑ gratiā: quo modo in aliquo viſibili corpore eſſe nō pōt: Ergo videt̄: ꝙ miſſio viſibilis ſpiritui ſancto nō conueniat. ¶ Tertioꝰ ſic. Si dicatur: ꝙ eſt in illis creaturis viſibilibus alio modo: q: ſicut in ſignū cōtra rationē ſacramēti eſt: ꝙ in ipſo ſit deus: ſicut i ſigno viſibili. Si ergo ꝑpter hoc dicit̄ viſibiliter mitti: q: in rebus viſibilibus ē: ſicut in ſignis: tūc ille res erūt ſacramēta: ⁊ in oībus ſacramentis eēt miſſio viſibilis: quod eſt falſum. ¶ Quarto arguitur ſic. Quom oīs effectus ſit demonſtrans ſuā cām: eſt ſignum illius: Sȝ oēs creature repreſentant ipſum deum: tanꝗ̄ cām per imaginē: vel veſtigium: Ergo ſm hoc in alijs creaturis viſibilibus imitetur viſibiliter: Sȝ hoc eſt falſum: Ergo ⁊c̄. ¶ In oppoſitum eſt euangeliū pn̄s: vbi inquit xp̄s. Paraclitus autē ſpūs ſanctus: quem pater mittet in nomine meo. ⁊c̄. Rn̄deo dicendū: ꝙ ſpūi ſancto cōuenit viſibiliter mitti. Pȝ concluſio. Unde Mathei. iij. Spūs ſanctus deſcēdit ſuper xp̄m cum baptizaretur in ſpecie columbe: ⁊ hodie ſuper apoſtolos in ſpecie ignis. Pro quo notandū: ꝙ deus vt dicit Dionyſ. ꝓuidet oibus: ſm vniuſcuiuſqȝ modū: Eſt autē modus naturalis hominis: vt per viſibilia ad inuiſibilia manuducatur. Et iō viſibilia dei oportuit homini per viſibilia manifeſtari. Sicut ergo deus ſeipſum: ⁊ ꝓceſſiones eternas perſonarū per creaturas viſibiles: ſm aliqua indicia: quodāmō hoībus demōſtrauit. ita cōueniēs fuit vt inuiſibiles miſſiones diuinaꝝ perſonarū: ſm aliquas viſibiles creaturas manifeſtarentur. ¶ Ad rōnes in oppo. dicendū. ¶ Ad primā rn̄detur negando ꝯn̄am. Et rō eſt: ꝙ filius creaturā viſibilē: in qua apparuit: i vnitatē perſone aſſumpſit: ſicut ꝙ de illa creatura dicitur: de filio dei dici poſſit. Et ſic ratiōe nature aſſumpte: filius dicit̄ minor patre: Sed ſpūs ſanctus nō aſſumpſit: creaturā viſibilē: in qua apparuit in vnitatē perſone: vt ꝙ illi cōuenit: de illo predicet̄. Unū nō pōt dici minor patre ꝑpter creaturā viſibilē. ¶ Ad ſecūdā reſpondetur negādo ꝯn̄ā: Et rō eſt: ꝙ minor eſt falſa. Dicimus eni: ꝙ ſpūs ſanctus in illa creatura viſibili in qua apparet: eſt nouo mō. ſ. ſicut i ſigno. ¶ Ad tertiā rn̄detur negando conſequētiā. Et rō eſt: ꝙ nō eſt ſimile de ſacramētis: de rebus: in quibus fit miſſio viſibilis. q: ſacramēta veteris legis ſignificabāt quidem gratiā affuturā: nō pn̄tem: eo ꝙ in eis gratia nō ꝯferebatur. Sacramēta vero noue legꝭ nō tm̄ ſunt ſigna: ſȝ etiā cē quodāmō: ⁊ ipſam gratiā nō ſignificāt: vt iā habitā. ſed vt per ſacramēta inducendā. Sed ille ſpēs ſunt tm̄ ſigna preſentis gratie: ⁊ cauſe. ſicut pȝ: ꝙ circa xp̄m ad quē viſibilis miſſio facta eſt: nihil gratie inuiſibilis effectū ē. Unū etiam oēs ad quos viſibilis miſſio facta ē: gratiā hn̄t. Nō aūt oia: quibus ſacramenta cōferunt̄: gratiam ſuſcipiūt: q: cauſalitas ſacramētū impedit. Significat enim gratiā: nō vt exiſtentē: ſed vt cauſandam quodam mō per ipſā. ¶ Ad quartā rn̄detur negando ꝯn̄am. Et rō eſt: ꝙ non eſt ſimile de his ſpeciebus: ⁊ de creaturis: q: ꝗ̄uis oīs creatura ſignificet deū eē: ⁊ bonitatē illius: non tm̄ ſignificat ipſum eſſe per gratiā in aliquo niſi ad hoc ſpecialit̄ inſtituat̄: ſicut ille creature viſibiles ad hoc ſpecialiter facte ſunt: vt in eis pn̄ſentia ſpūs ſancti inſignetur.

AD ſecūdam. q. ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ nō cōueniēter ſpiritus ſctūs miſſus ē ſuper apoſtolos i liguis igneis. ¶ Primo ſic. Quāto aliqđ nobiliꝰ

eſt tãto nobilioꝛes ꝓpꝛietates hꝫ. Sꝫ melio
ribus ꝓpꝛietatibus creatura nobilius diui
nã bonitatẽ repñtat. Ergo cũ miſſio viſibi
lis ſit ad manifeſtanduꝫ diuinas perſonas:
videtur: ꝙ ſemper per creaturas nobiliſſi
mas fieri dꝫ: vt per ſtellaꝫ vel aliqͩ hmõi: ⁊
nõ ꝑ ignẽ: aut colũbã. ¶ Secũdo ſic. Spiri
tui veritatis nõ decet aliqua fictio: Sꝫ ſpũs
ſanctus eſt ſpũs veritatis: vt dicit Jo. xv.
Ergo nõ decet ꝙ per aliq̃s ſpẽs: qbus nõ
ſubſit: rei veritas apparere. Et ita videt: ꝙ
lingue ignis vere lingue ⁊ verus ignis fue
rit. qͦd nõ ẽ verũ. q: nõ cõburebat peracto
illo officio. Et idẽ arguitur de columba: in
qua apparuit ſuper xp̃m: ꝙ veꝝ aial fuerit
⁊ tñ nõ fuit: Ergo. ⁊c̃. ¶ Tertio ſic. Spũs
ſctũs vnus eſt. Sed ſignũ dꝫ rñdere ſigna-
to. Ergo videtur: ꝙ in vno tm̃ ſigno ſpirit⁹
ſctũs apparere debuit. ſ. in ſpecie colũbe ſi-
cut pꝛius: ⁊ nõ in linguis igneis. ¶ In op-
poſitũ eſt epiſtola pñtis diei. vbi dicitur de
ſpiritu ſancto. Apparuerunt illis diſpartite
lingue tanq̃ꝫ ignis: seditqꝫ ſuper ſingulos
eoꝝ. Rñdeo dicendũ: ꝙ cõuenientiſſime ſpi
ritus ſctũs miſſus eſt ſuper apoſtolos in lin
guis igneis. Pꝛo quo notãdũ: ꝙ miſſio vi
ſibilis fit ad ſignificãdum plenitudinẽ gra-
tie redundãtis in multos: ꝓpter qͦd manife
ſtatio talis alijs etiam fit. Redũdat aũt gra
tia dupliciter. ſ. per inſtructionẽ: ⁊ per ope
rationẽ. ſcd̃m ꝙ ſe hꝫ aliquo mõ ille: in quo
eſt gratie plenitudo efficienter ad gratiam.
Vterqꝫ aũt modus redundãtie fuit in xp̃o
Ille eni per doctrinaꝫ ſuam in dei cognitio
nẽ adduxit: ipſe etiã gratiã dedit: inquãtum
deus effectiue ⁊ inquãtum hõ per modum
meriti. Vñ ad ſignificandũ redũdãtiã gra
tie ipſius in nos: per modũ operatiõis: fa-
cta eſt miſſio viſibilis ad ipſum in baptiſ-
mo. q: ſicut ipſe nihil recipiẽs a baptiſmo:
tactu ſue mũdiſſime carnis: vim regenerati
uaꝫ cõtulit aquis efficiẽter: vt deus: ⁊ meri
toꝛie: vt homo. Et in ſpecie colũbe eſt facta
ad ipſum miſſio ſpũs ſancti ad ſignificãduꝫ
ſpũalem fecũditatem. q: colũba aial fecũdiſ

ſimuꝫ eſt. Pꝛopter qͦd etiã pater apparuit
in ſono vocis: naturalem filiationẽ ipſius ꝓ
teſtans: dicens. Hic eſt filius meus dilectus
⁊c̃. Ad cuius filiatiõis ſimilitudinẽ per ba
ptiſmalem gratiam in filios adoptionis re-
generamur. vt dicitur ad. Ro. viij. Ad ſi-
gnificãdum vero redundãtiam gratie: ex ip
ſo in alios per modũ doctrine: apparuit ſpi
ritus ſctũs ſuper ipſum in nube lucida: cui⁹
eſt lumen doctrine ſpargere. Job. xxxvij.
Nubes ſpargit lumẽ: in quo ſignificat effe
ctus doctrine eius per pꝛedicationem: ſm
Gregoꝛiũ: ⁊ hoc in trãſfiguratione vt dicit
Mat. xvij. ſm glo. Auguſt. Similiter ⁊ in
apoſtolis bis facta eſt miſſio viſibilis ſpũs
ſancti. Pꝛimo ad inſinuãdaꝫ redũdantiam
gratie ex ipſis: per modũ operatiõis: in ad-
miniſtrationẽ ſacramẽtoꝝ: in ſpecie flatus:
vt legitur. Jo. ij. Vñ ibi dicitur. Quoꝝ re
miſeritis peccata: ⁊c̃. vt oſtẽderetur: ꝙ ta-
lis auctoꝛitas nõ deuenit i eos: niſi ex influẽ
tia capitis. ſ. xp̃i. In ipſum aũt xp̃m deuenit
imediate ab ipſo patre. Et ꝓpter hoc in ip
ſo ſignificatur hec auctoꝛitas per volatũ co
lumbe deſuper aduenientis: in apoſtolis aũt
per ſpẽm flatus a xp̃o ꝓcedentis Secũdo
facta eſt ad eos miſſio viſibilis: ad inſinuan
dũ redundãtiã per modũ doctrine. Et hoc
in pñti die. Vñ legitur. Act. ij. Apparuit ſu
per eos i linguis igneis: verbis: vt eẽnt ꝓ-
flui: ⁊ caritate feruidi: zelantes pꝛoximoꝝ
ſalutem: ¶ Ad ratiões in oppoſitũ. ¶ Ad
pꝛimam reſpondetur negãdo ꝯñam. Et rõ
eſt: q: quãuis in nobilioꝛibus creaturis ſimi
litudo diuine perfectiõis: quo ad attributa
eſſentialia magis inueniatur: tñ quo ad exi
tũ vnius perſone ab alia: ⁊ qñtũ ad modũ
pꝛoceſſiõis donoꝝ a deo ⁊ effectus ipſoꝝ:
põt etiã in ignobilioꝛibus creaturis ſimili-
tudo cõuenientioꝛ attendi: ſicut fecũditas in
colũba: ⁊ locutio in lingua. Et hoc opoꝛtuit
per miſſionẽ viſibilẽ ſignificari. ¶ Ad ſe-
cũdaꝫ rñdetur negãdo: ꝙ in illa miſſiõe vi
ſibili ſpũs ſcti fuerit aliqua fictio: lꝫ dicatur
ꝙ ignis ille nẽc fuerit verus: nec naturalis:

nec colūba veꝛ:ꝛ naturale aīal ſed tm̄ ſimilitudo columbe viſibiliter oſtēſa in aliqua materia:ad hoc pꝛeparata. Vn̄ ꝛ peracto officio in p̄ſtinam materiā eſt reuerſa. Et ſimiliter de igne:nec fuit ibi aliqua fictio:qa ille ſimilitudines ignis:aut colūbe nō oſtendebantur ad manifeſtādū alicuius veritatē in ipſa colūba:ſiue igne:ſ; ad manifeſtādas ꝓpꝛietates īuiſibilis miſſiōis. Et ideo nō fuit ibi falſitas ſigni:qꝛ ſignatū rn̄debat ſigno:ꝛ res ſimilitudini. ¶ Ad tertiā; reſpōdetur negando cōſequentiā;. Et rō eſt:qꝛ l; ſpūs ſanctus ſit vn⁹ ſubſtātialiter:h; tamen multos effectus:ſm̄ quos dicitur multiplex Sapiētie.vij. Spēs autē ille:ī qbus ſpirit⁹ ſctūs apparuit:ſignificabāt effect⁹. Et ideo ſecundum plures ſpēs apparuit:ꝛ pluries. Et ita rō non pꝛocedit.

Ad tertiam.q.ſic pꝛocedit. Et videtur:ꝙ ſpiritus ſanct⁹ nō docuit in miſſiōe ſua apoſtolos oīa. ¶ Pꝛimo. Vt apoſtoli poſt miſſionē ſpirit⁹ ſancti nō ſciuerunt omnia:Ergo ſpiritus ſanctus nō docuit eos oīa. Cōſequētia pat;. Et anteccdēs p; de multis. Vn̄ Mathei.xvij. dicit. ¶ Scđo ſic. Apoſtolis non eſt datus ſpiritus ſanctus ſine mēſura ſicut xp̄o. De quo dr̄. Jo.iij. Datus eſt ſpūs ſanctus non ad mēſurā:Ergo nō ſciuerūt oīa. Cōſequētia eſt bona. ¶ Tertio ſic. Pꝛopꝛiū videt̄ dei:ſcire oīa:cui oīa patēt:Ergo ſpūs ſctūs nō docuit apoſtolos oīa. Tunc eni videret̄ eos equaſſe deo. ¶ In oppoſitū eſt textus euāgeliij p̄ntis. Rn̄deo dicēdū:ꝙ loquēdo vniuerſaliter abſolute ſpūs ſanctus nō docuit apoſtolos oīa:vt argumēta facta pꝛobant:ſ; dicitur eos docuiſſe oīa:ſcđm quatruplicē intellectū. Pꝛimo dicit̄ ſpūs ſctūs docuiſſe oīa:qꝛ nullus pōt habere itelligentiā de aliquo:niſi per ſpm̄ ſctūm:qꝛ quantūcūq; hō doceat exterius:niſi ſpūs ſctūs interius det ītelligentiā:fruſtra laboꝛat̄ Job.xxxi. Inſpiratio altiſſimi dat ītelligentiam. Secundo dr̄ docuiſſe oīa:qꝛ oīa neceſſaria ad ſalutē:ad impugnationē erroꝝ:ꝛ ad gubernationem eccleſie. Tertio dicit̄ docuiſſe apoſtolos omnia:dando eis intelligentiam omniū:que audierūt a xp̄o:a quo audierāt multa:que pꝛo tunc non intellexerūt. Quarto dicitur docuiſſe omnia:qꝛ vt infra ſequitur ſuggeſſit eis omnia.i.reduxit ad memoriam omnia: quecūq; a xp̄o audierāt:quoru; multa obliti erant:nec poterant memorie cōmendare. Quomodo enim euangeliſta Jo.poſt.lx.annos potuiſſet omniu; verboꝛum xp̄i:que in euangelio ſcripſit:memoriam habere:niſi ſpūs ſanctus ei ſuggeſſiſſet? ¶ Ad rationes in oppoſitum patet reſponſio ex dictis.

¶ In die ſancte Trinitatis euangeliu; eſt. In illo tēpoꝛe erat homo ex phariſeis.ꝛc̄. Jo.iij. Circa quod diſputatum eſt in feſto ſancte crucis. Sed circa ipſam feſtiuitatem poſſunt hec diſputari.

¶ Pꝛimo:vtrū ſit ponēdus numerus perſonaꝝ in diuinis. ¶ Scđo:vtrū ratiōe naturali poſſit cognoſci pluralitas perſonarū in diuinis. ¶ Tertio:vtrū hoc nomē deus pluraliter pꝛedicetur de tribus perſonis:vt dicantur tres dij.

Ad pꝛimam.q.ſic ꝓcedit̄. Et videt̄ ꝙ in diuinis numerus perſonarum nō ſit ponēdus. ¶ Pꝛimo ſic. Dicit Boetius libro de trinitate. Hoc vere vnū eſt:in quo nullus eſt numer⁹: S; dˀs eſt veriſſime vnus:Ergo in eo nō eſt aliqs numerus. ¶ Scđo ſic. Dicit.yſido.ꝙ numerus dr̄ quaſi nudus numeris.i.diuiſiōis S; in deo nulla ē diuiſio:Ergo nec aliquis numerus. ¶ Tertio ſic. Perſona eſt rōnalis nature indiuidua ſubſtātia. Si ergo ī diuinis ſunt plures p̱ſone: ſeqtur qđ ſint plures ſubſtātie:ꝙ videt̄ hereticū. ¶ Quarto ſic. Pluralitas ꝓp̄etatū abſolutaꝝ nō fac̄ diſtictionē p̱ſonaꝝ:neq; ī deo:neq; ī nobis ergo multo min⁹ pluralitas rōnū:faciet diſtictiōe; p̱ſonaꝝ:g̈ n̄ pōt dici:qđ diſtictionē p̱ſonaꝝ neq; ī deo:nec ī nob:g̈ multo min⁹

in deo ſint plures perſone. ¶ In oppoſitū
eſt illud: quod habetur .i. Jo. vltimo. Tres
ſunt qui teſtimoniū dant in celo: pater: ver
bū: ⁊ ſpiritus ſctūs. Itē Athanaſius ait in
ſimbolo. Alia eſt perſona patris: alia filij:
alia ſpūs ſancti. Rn̄deo dicēdū: ſub iſta con
cluſiōe: ꝙ in diuinis ſm fidem catholicā eſt
cōfitendus numerus perſonarū: realiter di
ſtinctarū. Iſta cōcluſio patet ſic. Vbicunqꝫ
eſt diſtinctio vel diſcretio: ibi eſt aliquis nu
merus: Sꝫ diuine perſone ſunt diſtincte ad
inuicē: qm̄ alia eſt perſona patris: alia filij:
alia ſpūs ſancti: Ergo in diuinis eſt nume-
rus perſonarū. Pro cuius intelligētia ē no
tādū iuxta sctm̄ Tho. ꝙ ſicut ratio vnitatis
cōſiſtit in diuiſiōe: ita etiā ratio numeri vel
multitudinis cōſiſtit in diuiſione vel diſtin-
ctiōe aliqua. Unde ea que inuenim⁹ diuer
ſa ſimpliciter: dicimus eē multa ſimpliciter
⁊ que inuenimus diuerſa ſm quid: dicim⁹
eſſe multa ſm qd. Diuiſio aūt ſimplicit̄ at-
tēditur vel ſm eſſentiā: ſiue formā: vel ſm
quātitatē ſiue materiaꝫ. Vn̄ ea que differūt
ſm eſſentiā: dicimus eſſe multa: vt hominē
⁊ lapidē. Et ſimiliter duas partes linee iaꝫ
diuiſe: dicimus duas lineas. Diuiſio autem
ſm qd: eſt: que attendit̄ ſm ꝓprietates rei:
ſicut dicim⁹ hoīem albū eſſe aliū: ⁊ diſtictū
a ſe nigro: ⁊ adhuc magis ſm qd in illis: in
qbus attenditur diuerſitas relationum ſm
rōnem tm̄: ſicut pūctus: ſi diceretur multi-
plex ſm quod eſt ṗncipiū pluriū linearum.
Sciēdum eſt igitur: ꝙ in diuinis nō eſt nu-
merus ſimplex: q eſt per diuiſionē eſſentie
vel quātitatis: ſed eſt numerus qdam. ſ. nu
merus relationū: nō tn̄ exiſtētū in deo ſm
ratiōem tm̄: ſed realiter in ipſo ſubſiſtentiūꝫ
Vn̄ numerus diuinarum perſonaꝝ eſt me
dius inter numerū: qui eſt numerus ſimpli
citer: ⁊ inter numerū: q eſt in rōne tm̄: ſicut
pūctus dicitur multiplex ſm rōem tm̄: eſt
enim minus de ratione numeri in numero
perſonaꝝ: quā i numero ſimpliciter: ⁊ pluſ
q̄ꝫ in numero: q eſt ſecūdum ratiōem tātuꝫ.
Si autem comparemus numeruꝫ perſona
rum ad numerū proprietatū abſolutarum
q eſt in creaturis: habebūt ſe ſicut exceden-
tia ⁊ exceſſa. Si enim attēdat̄ ratio diſtin-
ctiōis: inuenitur maior diſtinctio in proprie
tatibus abſolutis creaturarū: quā i diuinis
perſonis: qꝛ color ⁊ ſapor diſtinguūtur ſecū
dū aliud ⁊ aliud eē accidētale: ſꝫ in diuinis
perſonis eſt vnū ⁊ idem eē triū perſonaꝝ.
Si aūt cōſiderat̄ perfectio diuinoꝝ: ſic nu
merus perſonaꝝ excedit: qꝛ relatiōes in di
uinis ſunt ſubſiſtētes perſone. Vn̄ ad nu-
merū relationū ſeqtur numerus perſonaꝝ
nō autem ad numerū ꝓprietatū in creatu-
ris: quia nō ſunt ſubſiſtētes: ſꝫ tm̄ inherētes
Nūc dicendū. ¶ Ad rōnes in oppoſituꝫ.
¶ Ad primaꝫ rn̄detur: ꝙ Boetius loqtur
de vnitate eſſentiali. Vn̄ in eſſentia: nullus
numerus cadit: ſꝫ tm̄ in perſonis: q etiaꝫ nō
eſt numerus abſolute ſꝫ numerus quidam.
¶ Ad ſecundaꝫ rn̄detur negādo ꝯn̄am. Et
rō eſt: qꝛ quāuis diuiſio nō ſit ꝓprie in deo:
eſt tn̄ ibi perſonarum diſtinctio: que ſuffi-
cit ad rōem talis numeri: qualis ponitur in
deo. ¶ Ad tertiā rn̄detur negādo ꝯn̄aꝫ. Et
rō eſt: ꝙ ſubſtātia nō ponit̄ in diffinitiōe ꝑ
ſone ſm ꝙ ſignat eſſentiam: ſꝫ ſm ꝙ ſignat
ſuppoſitū. Qđ pꝫ ex hoc: qđ addit̄ indiui-
dua. Ad ſignificāduꝫ aūt ſubſtātiā ſic dictā
habēt greci nomē ypoſtaſis. Vn̄ ſicut nos
dicimus tres perſonas: ita ipſi dicunt tres
ypoſtaſes. Nos auteꝫ nō cōſueuimus dice
re tres ſubſtātias: ne intelligerent̄ tres eſſē
tie propter nominis equocationem. ¶ Ad
quartā rn̄detur negādo ꝯn̄am. Et rō eſt: qꝛ
ꝓprietates abſolute in diuinis vt bonitas ⁊
ſapiētia nō opponunt̄ ad inuicē. Unde nec
realit̄ diſtinguūtur: Quāuis ergo eis cōue
niat ſubſiſtere: tn̄ nō ſunt plures res ſubſi-
ſtētes: qđ eſt eē plures perſonas. Proprie
tates aūt abſolute in rebus creatis nō ſubſi
ſtūt: lꝫ realiter diſtinguātur: vt albedo ⁊ dul
cedo: ſꝫ proprietates relatiue i deo ⁊ ſubſi-
ſtūt ⁊ realiter ad inuiceꝫ diſtiguuntur: Vn
de pluralitas taliū ꝓprietatū ſufficit ad plu
ralitatē perſonarum in diuinis.

Ad ſecūdā.q.ſic ꝓceditur. Et videt᷑:ꝙ naturali rōe cognoſci poſſit pluralitas perſonaꝝ in diuinis. ¶ Primo ſic. Dicat eni Ariſtotiles in ꝑncipio celi ⁊ mūdi. Per hūc numeꝝ.ſ.trinarium adhibuim⁹ nos ipſos magnificaꝛ deū:vnū eminēte ꝓprietatibus eoꝝ:que creata ſunt Ergo videt᷑:ꝙ Ariſtotiles in cognitionem trinitatis venit. ¶ Secūdo ſic. Dicit Auguſt.vij.cōfeſſi ſe.legiſſe in libris platonicoruꝫ:nō qdem ijs verbis:ſ3 hoc idem oino multis ⁊ multiplicibus perſuadere rōnib⁹ ꝙ i ꝑncipio erat verbū:⁊ verbū erat apud deū:⁊ deus erat verbū:⁊ hmōi que ibi ſequūtur. In quibus verbis diſtinctio perſonaꝝ tradit᷑:Ergo videtur:ꝙ phi naturali rōne cognouerūt trinitatē perſonarū diuinarū. ¶ Tertio ſic. Dicit glo. Ro.i.ꝙ magi pharaonis defecerūt.iij.ſigno.i.in noticia tertie perſone.ſ.ſpūs ſancti:⁊ ſic ad minus duas pſonas cognouerūt. ¶ Quarto ſic. Dicit Termigiſt⁹:Monas gignit monadeꝫ ⁊ in ſe ſuū reflectit ardorē:per qđ videt᷑ generatio filij ⁊ ſpiritus ſancti ꝓceſſio intimari:Ergo cognitio diuinaꝝ perſonaꝝ pōt per rōnem naturalē haberi. ¶ Quinto ſic. Phi potuerūt deuenire in cognitiōeꝫ eoꝝ:que in creaturis relucēt: Sed in aīa impreſſa eſt ſimilitudo trinitatis perſonarū Ergo videt᷑:ꝙ ꝑ potētias aīe:qs phi multū cōſiderauerūt:potuerūt in cognitionem trinitatis deuenire. ¶ In oppoſitū eſt illud ad Hebre.xi. Fides eſt ſubſtātia rerū ſperādarū:argumētū nō apparentiū:Sꝫ deū eē trinū ⁊ vnū:eſt articulus fidei:Ergo ē non apparens rōni. Itē dicit ylarius libro đ trinitate. Nō pōt homo ſua intelligentia generatiōis ſecretū cōſequi. Itē Ambroſius dicit Impoſſibile eſt generatiōis ſcire ſecretū:mens deficit:vox ſilet:Sed per origineꝫ generatiōis ⁊ proceſſionis diſtinguit᷑ trinitas in diuinis:Ergo homo per rationeꝫ naturalē nō pōt venire in noticiaꝫ trinitatis.

Rn̄deo dicendū.ꝙ impoſſibile eſt per rōnem naturalē:ad cognitionem trinitatis diuinaruꝫ perſonaꝝ peruenire. Probat᷑ iſta cōcluſio. Naturalis rō nō cognoſcit deū:niſi ex creaturis. Creature autē ducūt in dei cognitioneꝫ:ſicut effectus in cauſam. Hoc igitur ſolū in rōne naturali de deo cognoſci pōt:qđ cōpetere ei neceſſe eſt:ſꝫm ꝙ ē oiuꝫ entiū ꝑncipiū. Virtus aūt creatiua ē dei:et cōis toti trinitati. Vn̄ pertinet ad vnitatem eſſentie:⁊ nō ad diſtinctionē perſonarum. Per rōnem ergo naturalem cognoſci pn̄t de deo ea:que pertinēt ad vnitatē eſſentie: nō ad diſtinctionē perſonaꝝ. Qui aūt probare nitit᷑ trinitatē perſonaꝝ naturali rōne fidei:dupliciť derogat:vt dicit ſctūs Tho. in prima parte. Primo qdem quātū ad dignitateꝫ ipſius fidei:que eſt:vt ſit de rebus inuiſibilibus:q̄ rationē humanā excedunt: ad Hebre.xi. Fides.⁊c̄.allegatū eſt. Secundo:quantū ad vtilitatem trahendi aliquos ad fideꝫ. Quom enim aliquis ad ꝓbānduꝫ fidem inducit rationes:que nō ſunt cogētes cedit in deriſionē. Credūt eni:ꝙ hmōi ratiōibus innitamur:⁊ ꝓpter eas credam⁹. Ea igitur:que fidei ſunt:nō ſunt tētanda ꝓbare:niſi per auctoritates: ijs qui auctoritates ſuſcipiunt. Apud alios vero ſufficit defendere:nō eſſe impoſſibile:quod predicat fides. Vn̄ Dionſius dicit ſecūdo capitulo de di.no. Si aliquis eſt qui totaliter eloqjs reſiſtat:longe erit a philoſophia noſtra. Si aūt ad veritatē eloquioꝝ.ſ.ſacroꝝum reſpicit hoc ⁊ nos canone vtemur. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rn̄det negādo pn̄aꝫ. Et rō eſt:ꝙ philoſophi nō cognouerūt miſteriū pſonaꝝ diuinaꝝ ꝑ ꝓpria:q̄ ſunt paternitas:filiatio:⁊ ꝓceſſio:ſꝫm illud apoſtoli.ij.Co.ij. Loqmur dei ſapiētiā:quā nemo ꝑncipū huius ſeculi cognouit.i. Phioruꝫ ſꝫm glo.cognouerunt tn̄ quedā eſſentialia attributa:que appropriātur diuinis pſonis:ſicut potētia appropriat᷑ prī:ſapīa filio: bonitas ſpūi ſancto. Qđ ergo Ariſtotiles dicit:per hūc numerūt trinarū:nō eſt ſic intelligendū:ꝙ ipſe poneret trinariū numeꝝ

in diuinis:ſed vult dicere:ꝙ antiqui vtebā tur numero trinario in ſacrificijs: ⁊ oratiōi bus:ꝑ quādaꝫ trinarij numeri perfectionē: que in oībus apparet:ſicut in pͥncipio:me dio:⁊ fine. ¶ Ad ſcđaꝫ r̄ndetur negādo cō ſequētiā. Et rō eſt:tū primo:vel ꝗ Plato multa dicit legiſſe in libris diuinis:quos re perit in egypto:⁊ inde aliqua cognouiſſe: tū ſcđo ꝙ verbū nō inuenitur i libris Pla tonicoꝝ:ſm ꝙ verbū noīat personā genitā in diuinis:ſ3 ſcđm ꝙ verbū intelligit ratio ydealis:ꝑ quā deus oīa cōdidit:q̄ filio ap propriat:que dr̄ mūdus architip⁹. ¶ Ad tertiā r̄ndetur negādo ꝯñam. Et rō eſt:qa phi nō peruenerunt in cognitionē diuina rū pſonaꝝ:quātū ad ꝓpria:ſed ſolū quātuꝫ ad ꝓpriata:nō inquātū ad appropriata ſūt: quia:ſic eorum cognitio depēdet ex ꝓprijs ſed inquātū ſunt attributa diuine nature.et ſi obijciat qđ ſimiliter deuenerunt in cogni tionē bonitatꝭ:que appropriat ſpūi ſancto: ſicut in cognitionē potētie:⁊ ſapie:q̄ appro priat patri:⁊ filio:dicendū ꝙ bonitatē non cognouerūt:quātū ad potiſſimū effectū ip ſius.ſ.icarnationē:⁊ redēptionē:ſ3 euanue runt in cogitatiōibus ſuis. Vel ꝗ nō tm̄ in tēderūt veneratiōi bonitatis diuine:q̄z etiā nō imitabant:ſicut venerati ſunt potētiaꝫ ⁊ ſapiētiam. ¶ Ad quartā r̄ndetur negando ꝯñam. Et ratio eſt : ꝗ dictū Trimegiſti nō eſt referendū ad generationē filij:vel pro ceſſionē ſpūs ſancti:ſ3 ad ꝓductionē mūdi. Nā vnus deus produxit mūduꝫ vnū:pro pter ſui ipſius amorē. ¶ Ad quintā r̄ndet negādo ꝯñam. Et rō eſt:ꝗ ſicut ſimilitudo trinitatis relucens in aīa:eſt omnino imper fecta ⁊ deficiens:ſed dicitur expſſa ꝑ cōpa rationē ad ſimilitudinē veſtigij:ideo nō po teſt ducere in cognitionē perfectaꝫ trinita tis diuinarum perſonarum.

A d tertiaꝫ.q.ſic ꝓcedit. Et vi detur:ꝙ nomē deus plurali ter debeat predicari de trib⁹ pſonis:vt tres perſone ſint tres dij. ¶ Primo ſic. Ge ne.i.vbi dicitur. In principio creauit deus celū ⁊ terrā:h3 veritas hebrayca eloym:qđ pōt interptari dij:ſiue iudices:Et hoc dicit ꝓpter pluralitatē perſonaꝝ:Ergo tres per ſone ſunt plures dij:⁊ nō vnus. ¶ Secūdo ſic. Sicut homo ſignificat:vt habēs huma nitatē:ita deus ſignificatur vt hn̄s deitateꝫ: Sed tres perſone ſunt tres habētes deita tē:Ergo tres perſone ſunt tres dij. ¶ Ter tio ſic. Hoc nomē res cū abſolute dicat:vi detur ad ſubſtātiā ꝑtinere. S3 hoc nomē.ſ. res pluraliter dicitur de trib⁹ perſonis. Di cit eñi Aug.libro de doctrina xp̄iana. Res q̄bus fruēdū eſt:ſunt pater:⁊ fili⁹:⁊ ſpirit⁹ ſanctus:Ergo parit̄ hoc nomē deus:⁊ alia noīa eſſentialia poterūt pluraliter p̄dicari de diuinis perſonis:vt dicātur tres dij:aut tres oīpotentes:aut tres dn̄i. ¶ In oppo. eſt illud Exo.ij. Audi iſrael:dn̄s deus tuus vnus eſt. Rn̄deo dicendū ꝙ nomē de⁹ nō pluraliter ſ3 ſingularit̄ dr̄:⁊ p̄dicatur de tri bus perſonis:ſm illud Athanaſij: deus pa ter:deus fil⁹:deus ſpirit⁹ ſctūs:nō tres dij: ſ3 vnus eſt deus. Pro quo notandū ꝙ no minū eſſentialiū q̄daꝫ ſignificant eſſentiam ſubſtātiue:quedā vero adiectiue. Ea q̄dem q̄ ſubſtātiue eſſe[n]tiā ſignificāt:nō predicāt in plurali de tribus perſonis. Cui⁹ rō ē:ꝗ noīa ſubſtātiua ſignificant aliq̄d ꝑ modum ſubſtātie:noīa vero adiectiua ſignificāt per modū accidētis:qđ inheret ſubſtātie. Sub ſtātia aūt ſicut per ſe h3 eſſe:ita per ſe hab3 vnitatē:vel multitudinē. Vñ ⁊ ſingularitas vel pluralitas noīs ſubſtātiui attenditur:ſm formaꝫ ſignificatā per nomē. Accidentia au tē ſicut hn̄t eē in ſubiecto:ita ⁊ ex ſubiecto recipiūt vnitatē:vel multitudinē. Et ideo in adiectiuis ſingularitas vel pluralitas atten ditur:ſm ſuppoſita. In creaturis aūt nō re peritur vna forma in plurib⁹ ſuppoſitis:ni ſi vnitate ordinis:vt forma multitudinis or dinate. Vñ noīa ſignificātia talē formam ſi ſunt ſubſtātiua:p̄dicatur de plurib⁹. In ſin gulari nō aūt ſi fuerint adiectiua. Dicimus enim qđ plures hoīes:ſunt collegiū:vel ex

exercitus: aut populus. Dicimus tñ ꝙ plu-
res hoies ſunt collegiati. In diuinis autem
eſſentia diuina ſignificat per modũ forme:
que qdem ſimplex eſt: ⁊ maxime vna. Vñ
noia ſignificãtia diuinã eſſentiã ſubſtãtiue:
ſingulariter ⁊ nõ pluriter dicũtur de tribus
pſonis. Hec ẽ igitr rõ quare Soꝛtẽ ⁊ Pla
tonẽ ⁊ Ciceronẽ dicim⁹ tres hoies: patrẽ
aũt: ⁊ filiũ: ⁊ ſpm ſctm nõ dicim⁹ tres deos
ſ vnũ deũ: q: in tribus ſuppoſitis humane
nature ſunt tres humanitates. In trib⁹ aũt
perſonis eſt vna eſſentia. Que vero ſigni
ficãt diuinã eſſentiã adiectiue pluraliter p̄-
dicãtur de tribus pſonis: ꝑpter pluralitatẽ
ſuppoſitoꝝ. Dicimus eniꝫ tres exiſtentes:
vel tres ſapiẽtes: aut tres eternos: aut tres
increatos: ⁊ imẽſos. ſi adiectiue ſumantur.
Si vero ſubſtãtiue ſumãtur: dicimus vnuꝫ
increatũ: immẽſuꝫ: ⁊ eternũ: vt Athanaſius
dicit. ¶ Ad rões in oppo. ¶ Ad pꝛimaꝫ
reſpondetur negando ꝯñam. Et rõ eſt: q: di
uerſe lingue hñt diuerſuꝫ modũ loquendi.
Vñ ſicut greci ꝑpter pluralitatẽ ſuppoſito
rũ: dicũt tres ypoſtaſes: ita ⁊ in hebꝛaico di
citur pluralit͛ heloim: nos aũt non dicimus
pluraliter: nec deos: nec ſubſtãtias: ne plu-
Ad primā. q. ſic ꝓcedit. Et videtur ꝙ non ſit verū ꝙ beati oculi q̄ vidēt que vos videtis. ¶ Primo ſic. Jo. vlt. ſcribitur. Beati q̄ nō viderūt ⁊ crediderūt. ¶ Scđo ſic. Aut loquit de viſione interiori per fidē: ⁊ hoc nō: q: multi ꝓphete: ⁊ reges viderūt: hoc mō viſiōis xp̄ꝫ Vn̄ Jo. viij. Abraā vidit diē meū: ⁊ gauiſus eſt nō aūt de exteriori: q: exteriori viſione etiam viderunt iudei: ſacerdotes: ⁊ phariſei. Vn̄ Jo. xv. De iudeis nūc aūt viderunt ⁊ oderūt me: ⁊ patrē meū: Sꝫ oculi eorū nō fuerūt beati: Ergo nec oculi apoſtolorū. ¶ Tertio Beatitudo dicitur ſtatus omniū bonoꝝ cōgregatiōe perfectus. Sꝫ apoſtoli vidētes xp̄m hic in terra non cōſequebātur beatitudinē: q: vt dicitur. Exo. xxxiij. Nemo videbit deū ⁊ viuet: Ergo nō erant dicendi oculi eoꝝ beati. ¶ In oppo. ē euāgeliū p̄n̄s. ¶ Rn̄deo dicendū: ꝙ beatitudo. eſt duplex. Una rei: que cōſiſtit p̄ncipaliter i aſpectu ⁊ fruitiōe diuinitatis: ⁊ ex cōſequenti in viſione humanitatꝭ xp̄i: ⁊ ſic habet in patria. Alia eſt beatitudo in ſpe: que in p̄n̄ti vita cōſiſtit. ⁊ ſic habet in via: in viris excellētibus virtute. Et de iſta loquitur hic. Scđo notādū: ꝙ ſm̄ ꝙ duo oculi dicūtur in hoīe: ſcilꝫ interiores: ⁊ exteriores. ita duplex dicit viſio. ſ. viſio interior: q̄ fit per internā ſpirationē: đ qua dicitur ad. Ephe. i. Deus det vobis ſpiritū ſapiētie: ⁊ reuelationis in agnitionē: illuminatos oculos cordis veſtri. De iſta viſione dicitur Jo. viij. Abraā vidit diē meū ⁊ gauiſus eſt: ⁊ horuꝫ quidem oculi beati beatitudine ſpei. De q̄bus dicitur Jo. vlt. Beati qui nō viderūt. ſ. corporaliter: ⁊ crediderūt. ſ. per fidem per dilectionē operantē: xp̄ꝫ incarnandū: ⁊ paſſuꝝ: pro humani generis ſalute. Alia eſt viſio pure corporalis que cōmunis fuit apoſtolis: ⁊ iudeis. Et de iſta non loq̄tur. Aliq̄ autē ſunt: qui vtraqꝫ viſione viderūt xp̄ꝫ. ſ. ⁊ interiori viſione fidei: ⁊ exteriori: vidētes eū inter hoīes cōuerſantem ⁊ miracula ſoli deo ꝓpria operantē. Et de tali viſione dicitur Jo. i. Vidimus gloriā eius: quaſi vnigeniti a patre. Utrūqꝫ eni modū vidēdi habuit. Jo. ⁊ alij apoſtoli: q: cū eo fuerūt corporaliter cōuerſati: ⁊ ſic viderūt ſenſibiliter opera: virtutē totius creature excedētia: ſicut ſuſcitatio mortuoꝝ: illuminatō ceci: ⁊ cōſimilia Ex quibus viſu mētis ceperūt eius diuinitatē: in carne latentē. Et hoc mō oculi vidētes xp̄m beati. ſ. qui. ſ. vt dicit magnꝰ Albertus: q̄ ſic xp̄m exterius aſpexerūt: ꝙ interius diuinitatem per fidē: ⁊ eo ex exterioribus miraculis intellexerūt. Uel ſic ecōuerſo: q. ſ. interiora diuinitatis xp̄i intellexerūt: vt eā vnitam humanitati: quā videbāt crediderunt. Et tali modo nunq̄ꝫ eſt viſus. niſi a p̄n̄tibus deitatem ⁊ humanitatem eiꝰ cognoſcētibus. Et hoc ē qđ dicit beati oculi qui vident que vos vidiſtis. ¶ Ad rōes in oppo. ¶ Ad primā rn̄detur: ꝙ nō opponūtur. Vn̄ eſt notandū: ꝙ duplex dicit beatitudo etiaꝫ in via quedaꝫ rei: que cōſiſtit in munere diuino: ſiue per participationeꝫ diuini muneris: de quo quanto alicui plus cōceditur: tāto beatior eſt. Et ſic quātū ad hoc dicitur hic: beati oculi qui vident ⁊c̄. Quia hoc munus gratie habuerunt: Alia eſt beatitudo ſpei. que conſiſtit in merito. Vn̄ ſm̄ hanc: tanto quis eſt beatior: quāto pōt plus mereri. Plus aūt meretur: qui credit: ⁊ nō vidit: q̄ꝫ qui videns credit. ¶ Ad ſcđaꝫ rn̄detur: ꝙ loq̄tur de viſiōe vtraqꝫ: ſicut dictū eſt. ¶ Ad tertiā rn̄detur: ꝙ nō loq̄tur đ btitudine patrie: ſꝫ de illa que dicit ſpei: q̄ habet in via. Uel dicēdū: ꝙ tales dicūtur btī ⁊ nō prophete: q: lꝫ ꝓphete aliqui viderūt xp̄m: p̄ fideꝫ: a longe ꝓſpiciendo: nō tn̄ vi-

derunt cum pñtem: inter eos cõuerſando: ſicut viderunt apoſtoli: Et ideo dicuntur beati: quia in eis fuit completum: quod antiqs patribus fuerat promiſſum.

Ad ſecũdã.q. ſic procedit̃. Et videtur ꝙ de⁹ in ſtatu vie nõ poſſit imediate a nobis amari. ¶ Primo ſic. Incognita amari nõ poſſunt: vt dic̃. Augu.x. de trini. ⁊ philoſophus.ix. Ethi. Sed nos in ſtatu vie nõ videmus imediate deũ: q: nõ per eſſentiã: ſ per ſpeculũ in enigmate vt dicitur.i. Cor.xiij. Ergo nec ipſum immediate p eſſentiaꝫ amare poſſum⁹. ¶ Secũdo ſic. Cognitio patrie excedit cognitionē vie. inquãtũ homo videt in patria deuꝫ p eſſentiã. Si ergo in via hõ imediate per eſſentiam amaret deũ: caritas patrie nõ excederet caritatē vie qḋ eſt falſuꝫ. ¶ Tertio Hõ a deo diſiũgitur per peccatũ. ſm illud Iſa.lix. Pctã veſtra diuiſerũt inter vos et deuꝫ veſtruꝫ: Sed peccatũ magis eſt in voluntate: qꝫ in intellectu: Ergo minus hõ põt in ſtatu vie diligere deuꝫ imediate: qꝫ imediate eum videre. ¶ In oppo. eſt euãgeliũ pñs. vbi dr̃. Diliges dñm deũ ⁊c̃. Scḋo ſic Cognitio vie per hoc qḋ eſt mediantibus creaturis: dicit̃ enigmatica: ⁊ euacuat̃ i patria.i. Cor.xiij. Sed caritas nunqꝫ excidet vt ibidē dicit Apoſtol⁹: ergo caritas nõ diligit deũ mediãte creatura: ſ imediate: deo adheret. ¶ Rñdeo dicēdũ: ſub iſta cõcluſione: ꝙ deus i ſtatu vie imediate põt amari: ⁊ amat̃ a ſctis. Vñ Aug. in libro cõfeſſ. Ve illis q diligũt nutus tuos ꝑ te. Nutus aũt diuini dicunt̃ participatio diuine bonitatis in creatura: Ergo deus a ſctis amat̃ i ſtatu vie imediate: nõ ſm ꝙ eius bonitas i creaturis pticipat̃. ¶ Pro qua ↄcluſione notandũ iuxta ſctm̃ Tho. in tertio ꝙ in potētijs: ordinatis ita ē. ꝙ vbi terminat̃ operatio prioris potētie: ibi icipit operatio ſequētis. ſicut pꝫ ꝙ ſenſus terminatur ad imaginationē: q eſt motus factus a ſenſu: ſm actũ intellectus: in termino imaginationis icipit̃ q: fantaſmata accipit ꝓ obiecto: vt dicit̃ tertio de anima. Et ideo illaꝝ reꝝ: que nõ habent fantaſmata: cognitionē nõ põt accipere. niſi ex rebus: quaꝝ ſibi repreſentant fantaſmata. Vñ in ſtatu vie: i qua accipit a fantaſmatibus: non põt immediate videre: ſed oportet ꝙ ex viſibilibus: quoꝝ fantaſmata capit ad eius cognitionē deueniat. Quãuis aũt ipſaꝫ dei eſſentiã nõ videat immediate: tñ cognitio intellect⁹ ad ipſuꝫ deũ terminat̃ q: ipſum eſſe: ex effectibus cõprehēdit. Vñ operatio voluntatis circa ipſum deum immediate eſſe poteſt nullo medio interuenientẽ: quod ad voluntateꝫ pertineat: multis tamen medijs precedentibus ex parte intellectus: quibus in deum cognoſcendum peruenit. ¶ Ad rationes in oppoſituꝫ. ¶ Ad primam reſpondetur negãdo conſequẽtiaꝫ. Et ratio eſt: quia quãuis incognita amare non poſſumus: Oportet enim ꝙ amor ſit cogniti: ⁊ niſi aliqualiter: tamen non oportet: ꝙ ſit idem ordo cognitionis ⁊ dilectionis. Nam dilectio eſt cognitionis termin⁹: Et ideo vbi deſinit cognitio ſcilicet in ipſa re: que per aliam cognoſcitur: ibi ſtatim dilectio incipere poteſt. Et ita illud quod cognoſcitur in alio: poteſt in ſe ipſo amari.

¶ Ad ſecundam reſpondetur negãdo cõſequentiam. Et ratio eſt: quia quanto bonum plenius cognoſcitur: tanto magis eſt amabile: et precipue illud bonum: quod eſt finis: et in quo non inuenitur aliud quo offendatur affectus. Et ideo quia deus plenius cognoſcitur in patria: qꝫ etiam nunc: plenius amabitur: Sed iſta diuerſitas ex parte cognitionis erit per id: quod eſt proprium cognitioni: ſcilꝫ cognoſcere per ſe: et in alio. Et ideo non erit vnius rationis cognitio vie ⁊ patrie. In affectu autem erit ꝑ diuerſitatem: non eius per quod ad eaꝫ pertineat. ſed per diuerſitatem cognitionis: et tamen erit eadem ratio amoris. ſed differt amor per maius: et per minus. ¶ Ad

tertiam rñdetur negando ꝯñam. Et rõ ē: q: per caritatē tollitur auerſio a deo: que eſt ꝑ peccatum: nõ autē per ſolã cognitioneʒ. Et ideo caritas eſt: que diligendo aiam immediate deo cõiungit ſpūali vinculo vnionis.

AD tertiaʒ. q. vtruʒ modus ille de diligendo deuʒ toto corde: qui implicatur in ꝑcepto ꝑdicto: poſſit in via ſeruari. ſic ꝓceditur. Et videtur: ꝙ nõ poſſit in via obſeruari. ¶ Primo ſic. Nõ poſſumus in hac vita ſine peccato manere. i. Jo. i. Sed cū quis peccat: nõ diligit deū toto corde: Ergo illud preceptū nõ põt totaliter in via adimpleri. ¶ Scḋo ſic. Nõ põt ſimul cor ad multa ſe habere: Sꝫ opꝫ dū in hac vita ſumus ꝙ cor rebus tpalibus aliqñ apponamꝰ: ergo nõ põt homo in hac vita toto corde deū diligē. ¶ Tertio ſic. Nõ põt deus a nobis totaliter diligi: ergo ꝑ cõſequēs toto corde nõ poſſumꝰ diligere. Cõſequentia videtur bona. Añcedēs pꝫ. Deꝰ nõ põt intellectu cõprehendi. vt totaliter videatur: ergo nõ põt cõprehendi affectu: vt totaliter diligatur. Cõſequentia eſt bona: q: amor ſequitur cognitionē. ¶ In oppoſi. eſt pſens euangeliū. Dicit eni Hiero. Qui dicit deū aliquid impoſſibile ꝑcepiſſe homini: anathema ſit: Sed hoc deus ꝑcipit oibꝰ in ſtatu vie exiſtentibꝰ: ergo hereticū eſt dicere: ꝙ predictū ꝑceptū nõ poſſit in via obſeruari. ¶ Rñdeo dicēdum iuxta ſanctuʒ Tho. ꝙ totū ⁊ perfectū idem ē. vt phil. dic. Nõ aūt ꝑfecti in hoc ꝯſiſtit: vt nihil ei deſit. Sꝫ hoc ꝯtingit dupliciter. aut ita: ꝙ nihil deſit eoꝝ: que natū eſt habere. aut ita ꝙ nihil deſit eoꝝ: que dꝫ habere. ſicut aliqs habet perfectã quãtitateʒ: quãtū reqrit humana natura. ⁊ ſi nõ habeat quantitatē gigantis: quã poſſibile eſt eſſe in humana natura. Prima ergo perfectio humane nature eſt in ſtatu glorie: quãdo hõ habebit totum hoc: põ poſſibile eſt eē in humana natura. Sed ſcḋa pfectio eſt nature cõdite. qñ. ſ. hõ habeat totū hoc: qḋ deberet habere: ſm tēpus illud. Et ſm hoc etiã duplex totalitas in dilectione dei attenditur. Una qua nihil deerit de ijs: q põt hõ expendere in amorē dei: quē in dilectione ponat: ⁊ de prima totalitate ponit̃ iſta cõcluſio: ꝙ hec qdeʒ perfectio: ſiue totalitas nõ ꝑcipitur: vt faciēda: ſꝫ magis oſtēditur: vt ſciatur: quo perueniēdū eſt: vt dicit Auguſt: ſꝫ ſic impletur in patria. q: ibi mens fertur in deū totaliter ⁊ ꝑfecte: quãtuʒ ſibi eſt poſſibile: ⁊ ſine aliq̃ interruptione. Alia aūt eſt totalitas ſm quaʒ: nihil hõ ſubtrahit de ijs: que dꝫ ponere ſm tp̄s illud in amore dei: ⁊ hec totalitas excludit omne: qḋ eſt ꝯrariū repugnãs dilectioni diuine. nõ aūt id: quod ad tp̄s actū dilectionis intercepit: q: ſemꝑ agere ſm actum virtutis: nõ eſt niſi eoꝝ: q ſunt in ſtatu beatitudinis. q̄ perfectio felicitatis eſt in opatione. perfectio virtutis eſt in habitu. ⁊ ita adimpletur via: qñ nihil diligitur cõtra deuʒ Iſta eni perfectio eſt que dꝫ ineſſe ex debito neceſſitatis. vt puta: ꝙ diligatur deus toto corde. i. intellectu ſine errore: quod nõ faciunt infideles: ⁊ ſortilegi tota anima. i. voluntate ſine cõtradictione: qḋ nõ faciūt: qui poſt cõcupiſcētias ſuas currūt ex omnibus viribus. i. operibus: que explentur per vires anime ⁊ corporis: quod nõ faciūt q mēbra ſua exhibent ſeruire iniquitati ad iniqtatem: ⁊ tota mēte. i. iugi memoria: qḋ nõ faciunt cupidi ⁊ auari: quia vbi eſt theſaurꝰ tuus ibi ⁊ cor tuū ē. Albertꝰ ſic ex toto corde dilige: vt motus vite ad ipſum referas: ex tota anima vt intelligētiam ⁊ voluntatē ⁊ memoriam cum corporalibus organis ad ipſum cõuertas: ex omnibus viribus: vt nihil tibi de viribus tuis retineas vel attribuas tibi. ex omni mente tua: vt omnia ordines caritatis ordine. vt nihil inordinatuʒ relinquas. Sic enim attingit caritas a fine vſqꝫ ad fineʒ fortiter: ⁊ diſponit oia ſuauit̃.

¶ In dominica decimaquarta eſt euangelium. Dum iret ieſus in Hieruſalem ⁊c̄. Luce. xv. Circa quod poſſunt diſputari ſequentes queſtiones.

¶ Primo: vtruꝫ ad ſanandū lep̄raꝫ pecca ti ſit neceſſarium confiteri ſacerdoti.

¶ Secundo: vtrum nouem leproſi nō red dentes gratias chriſto: de eorū curatione: peccauerunt mortaliter.

Ad primam queſtionem ſic pro‑
a ceditur. Et videtur ꝙ ad ſanan dum lepram peccati: non ſit ne‑ ceſſarium confiteri ſacerdoti.

¶ Primo ſic. Curatio lepre peccati prece dit confeſſionē. Unde in euāgelio dr̄: ꝙ iſti de ceꝫ leproſi dū irent ad oſtēdēduꝫ ſe ſacerdoti bus: mūdati ſunt: ⁊ ita anteꝙ̄ ſe oſtēderent: ergo videtur ꝙ ad curationē lepre peccati cōfeſſio nō ſit neceſſaria. ¶ Secūdo ſic. Aliq bus eſt peccatū dimiſſuꝫ ſine hoc: ꝙ cōfeſſi legunt̄: ſicut pꝫ de Petro: ⁊ Magdalena: etiam de Paulo: Sed nō minoris efficatie ē gratia remittēs peccatū nūc. quā tūc fuerit: ergo nec nūc eſt de neceſſitate ſalutis cōfeſ ſio. ¶ Tertio ſic. Dato ꝙ neceſſariū ſit cō fiteri: nō videtur: ꝙ ſacerdoti penitētia ē ſa cramētū neceſſitatis ſicut etiaꝫ baptiſmus: Sꝫ in baptiſmo ꝑpter ſacramēti neceſſita‑ teꝫ: eſt miniſter quilibet hō: Ergo in penitē tia ſufficit cuilibet confiteri. ¶ Quarto ſic. Ad cōfeſſionē nō obligamur: niſi ex diuina inſtitutione: Sꝫ diuina inſtitutio nobis pro ponit̄ Jacobi. v. Cōfitemini alterutꝝ pec‑ cata veſtra. vbi nō fit mentio de ſacerdote: Ergo etiā: ſi cōfitendū eſt: nō eſt neceſſariū ꝯfiteri ſacerdoti. ¶ In oppo. eſt euāgeliuꝫ pn̄s. vbi dn̄s decē leproſis p̄cepit ſe pn̄tari ſacerdotibus. vbi ponitur ſignū mūdatio‑ nis lepre peccati per ſacramētū penitentie: Ergo videtur: ꝙ ſolis ſacerdotibus ſit fien da cōfeſſio. ¶ Rn̄deo dicendū ſub duab⁹ cōcluſionibus Prima eſt: ꝙ ꝯfeſſio eſt de neceſſitate ſalutis ei: qui peccati mortalis le praꝫ incurrit. Jſta cōcluſio declarat̄ ſic iuxta ſcm̄ Tho. Paſſio xp̄i ſine cuius virtute nec actuale: nec originale peccatū dimittitur in nobis operat̄ per ſacramētorū ſuſceptio neꝫ: q ex ipſa efficaciaꝫ hn̄t: ⁊ ideo ad culpe remiſſionē ⁊ actualis: ⁊ originalis requirit̄ ſacramētū eccleſie: vel actu ſuſceptū: vel ſal tem voto: qn̄ articulus neceſſitatis nō contē ptus ſacramētū excludit: ⁊ per ꝯſequēs illa ſacramēta: que ordinātur cōtra culpaꝫ: cuꝫ qua ſalus eſſe nō pōt: ſunt de neceſſitate ſa lutis. Et ideo ſicut baptiſmus: quo deletur peccatū originale: eſt de neceſſitate ſaluꝫ: ita ⁊ penitentie ſacramētū. Sicut aūt aliquis ꝑ hoc ꝙ baptiſmū petit: ſe miniſtris eccleſie ſubijcit. ad quos pertinet diſpēſatio ſacra‑ mēti. ita etiā per hoc ꝙ cōfitetur peccatum ſuū: ſe miniſtro eccleſie ſubijcit: vt per ſacra mētum penitētie ab eo diſpēſatuꝫ: remiſſio nē cōſequat̄: qui congruū remediū adhibe re nō pōt: niſi peccatū cognoſcat. quod fit per confeſſionē peccātis. Et ideo cōfeſſio eſt de neceſſitate ſalutis eius: q in peccatū mortale cecidit. Secūda ꝯcluſio: ꝙ neceſſario ſacra mētalis cōfeſſio faciēda ē ſacerdoti: ſi adeſt vel haberi pōt. Probatur ꝯcluſio. Abſolu tio penitētis ꝑpter quā fit cōfeſſio: nō per tinet niſi ad ſacerdotes: qb⁹ claues eccleſie cōmiſſe ſunt: Ergo cōfeſſio dꝫ fieri ſacerdo ti. Preterea ſic. Gratia que in ſacramētis datur: a capite in mēbra deſcēdit. ⁊ ideo ſo lus ille eſt miniſter ſacramētoꝝ: in quibus gratia datur: q habet miniſterium ſupra cor pus chriſti. Uerum quod ſolus ſacerdotis eſt qui conſecrare eucharistiā poteſt. ⁊ ideo cum in ſacramento penitentie: gratia confe ratur: ſolus ſacerdos eſt miniſter huius ſa‑ cramēti. ⁊ ideo ſoli faciēda eſt ſacramētalis confeſſio: que miniſtro eccleſie fieri dꝫ. Di ximus ſi adeſt vel haberi poteſt. quia alias cōfeſſio fieret laico: vt infra dicetur. ¶ Ad rōnes inoppoſitum. ¶ Ad primā rn̄detur negando conſequentiam. Et ratio eſt: quia cum irent ad oſtendendum ſe ſacerdotibus tam propoſitum intelligebantur habere cō fitendi: ⁊ hoc ſufficit ſicut dictuꝫ eſt. ¶ Ad ſecūdam reſpondetur dupliciter. Primo: quia licet illorum non legatur confeſſio: po tuit tamen eſſe. Multa eniꝫ ſunt facta: que non ſunt ſcripta. Secundo reſpnodetur ne gando conſequentiam. Et ratio eſt: quia nō

eſt idem de alijs miniſtris eccleſie:ꝛ de chriſto.Chriſtus enim habuit poteſtatem excellentie in ſacramẽtis.Uñ ſine ĩs que ad ſacramẽtum pertinẽt:potuit ꝛ poteſt rem ſacramenti cõferre.¶ Ad tertiã rñdetur negando ꝯñam:regulariter:in caſu tamẽ neceſſitatis conceditur.Unde ſicut baptiſmꝰ eſt ſacramẽtum neceſſitatis.ita ꝛ penitẽtia. Baptiſmus aũt:quia eſt ſacramẽtũ neceſſitatis:habet duplicem miniſtrũ. Unũ cui ex officio baptizare incũbit:ſicut ſacerdotẽ.Et aliũ:cui rõne neceſſitatis diſpẽſatio baptiſmi cõmittit.Et ita etiã miniſter penitentie: cui cõfeſſio eſt facienda:ex officio:eſt ſacerdos.Sed in neceſſitate:etiã laicus vicem ſacerdotis ſupplet:ꝛ ei cõfeſſio fieri põt. Unde de pe.di.vi.dicitur.Tãta eſt vis confeſſionis:vt ſi ſacerdos deeſt:cõfiteatur hõ ꝓximo ſuo:qui licet poteſtatẽ abſoluendi nõ habeat:efficitur tñ dignus venia ex deſiderio ſacerdotis.¶ Ad quartã rñdetur negãdo ꝯñam.Et rõ eſt:ꝙ Jacobus loquitur ex ſuppoſitione diuine inſtitutionis.Et quia diuinitus inſtitutio preceſſerat:de confeſſiõe ſacerdotibus faciẽda:per hoc ꝙ eis poteſtatem remittendi peccata in apoſtolis dedit:vt patet Jo.xx.Et ideo intelligendũ eſt: ꝙ Jacobus cõfeſſionem eſſe faciẽdã ſacerdotibus monuit in verbis predictis.

Ad ſecundã.q.ſic proceditur. Et videt ꝙ leproſi nõ redeũtes ad dandum gloriã deo:ei gratias referendo de curatione eoꝝ:nõ peccauerunt mortaliter.¶ Primo ſic.Quia ingratitudo nõ ſemper eſt peccatũ mortale:vtpote quando ꝓcedit ex quadã negligentia:aut ex aliqua indiſpoſitione hominis ad virtutẽ. Iſti aũt potuerũt aliqua huiuſmodi occaſione nõ redire ad dandũ gloriã deo.Ergo nõ videtur peccaſſe mortaliter.¶ In oppo.videt eſſe euangeliũ:ꝙ illos nouẽ videtur reprobare de hoc.¶ Rñdeo dicendũ noſtro iudicio ꝙ illi peccauerunt mortaliter:qm̃ in illa eoꝝ negligentia vident incurriſſe ingratitudinis vicium.nõ recognoſcentes bñficiũ ſuſceptum:nec laudãtes:ꝛ glorificantes dñm: quẽ magnis clamoribus ꝛ precibus ꝓpulſarunt:vt eoꝝ miſeretur ſanando eos a lepra. Uñ ſunt ſicut illi de quibus Apoſtolꝰ ad Ro.i. Nõ ſicut deũ glorificauerunt:aut gratias egerũt:quo circa meruerũt de ſuſcepto beneficio priuari.niſi qa dñs altiſſimus benignus eſt ſuper gratos ꝛ malos? Lu.vi.
¶ Ad rõnem in oppo.rñdetur:ꝙ ingratitudo illa videtur proceſſiſſe non ex ſimplici q̃dam negligẽtia.ſed ex interiori cõtemptu gratie ſuſcepte.Credũtur enim fuiſſe deceptos:a ſacerdotibus:quibus ſe pñtauerunt qui doctrine chriſti ꝛ miraculis detrahebãt ꝛ ſm eoꝝ informationem attribuebant ſuã ſanationem obſeruationi legis:ꝛ non virtuti chriſti:ꝫ a principio fideliter:ꝛ deuote potuiſſent ab eo ſanari.

¶ In dominica decimaquinta eſt euangeliũ. Nemo poteſt duobus dñis ꝛc. Mat. vi. Circa quod poſſunt hec diſputari.

¶ Primo:vtrũ homo poteſt duobus dominis ſeruire.

¶ Scdo:vtrũ põt qs deũ odio habere.

¶ Tertio:vtrum omnis ſolicitudo temporalium ſit prohibita.

Ad primã ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ homo poteſt ſeruire duobus dñis.¶ Primo ſic. Quis poteſt ſibi conſtituere duos fines:tẽporalẽ:ꝛ eternũ nõ referendo vnũ ad alterũ:Ergo ꝛc. Conſequẽtia videtur bona:q2 inde nõ põt duobus dñis ſeruire:q2 nõ poteſt ſimplicitas:ꝛ vnitas intẽtionis anime manere. Añs ꝓbatur multipliciter. Primo ſic. Nihil ꝓhibet eundẽ motũ eſſe gratie ꝛ nature: ſicut diligere:q2 bñficus:quod reſpicit naturã:ꝛ diligere:q2 bonus quod reſpicit gratiam:Ergo nihil prohibet eundẽ actum referri ad finem nature:ꝛ finem gratie:Sꝫ finis nature ſemper eſt in creatura:finis gratie in creatore. Unius ergo ꝛ eiuſdem actus potuerũt conſtitui duo fines:nõ referendo vnũ ad al

terum.¶ Secūdo ſic. Quom ratio ſit vna
potentia habẽs partẽ ſuperiorem: ⁊ iſerio
rem rõne ſuperioris: põt moueri in deū.ra
tione inferioris: que cõiuncta eſt ſenſibilita
ti: in id: quod eſt neceſſarium: ita tñ ꝙ nec
hunc finem ponat ordinatū ad aliū ¶ Ter
tio ſic. Poteſt quis ire ad ſanctum Jacobū
ex voto facto ex caritate. Item poteſt ire ex
naturali pietate ad videndū fratrem ſuū: er
go eadem actio poteſt eſſe ex caritate: et ex
naturali pietate. Sed caritas refertur ad fi
nem eternū naturalis pietas ad finem tẽpo
ralẽ: Ergo ſunt duo fines vnius actionis: tẽ
poralis: ⁊ eternus. ¶ In opp. eſt euangeliū
preſens. Unde Auguſt. in ſermone dñi de
monte exponens illud ſi oculus tuus fuerit
ſimplex ⁊c. Niſi cor ſimplex fuerit: mūduꝫ
non erit. Simplex aūt quō erit: ſi duobꝰ do
minis ſeruiat: nec vna intentione reꝝ eter
naꝝ purificet actionem ſuam: ſed eam mor
talium rerū amore obnubilet? Nō pōt ergo
mūdum ⁊ ſimplex cor eſſe: ſi diuidatur intẽ
tio: ⁊ cõſtituantur duo fines in tẽporalibus
⁊ eternis. ¶ Rñdeo dicendum iuxta Al
bertum magnum: ꝙ nemo. i. nullus hõ cuꝫ
ſit vnitus: ⁊ omnia ſua tam in corpore: qꝫ in
anima reducantur ad vnum: poteſt eſſe di
uiſus in duos dominos. Sicut enim vnum
membrū nõ eſt duoꝝ corpoꝝ: nec vna auis
facit duos nidos. nec vnus bos in duobus
trahit agris. ſic nec vnus indiuiſus homo
duobus dñis ſeruire põt. Duobꝰ dicit. Ec
ce i quo notatur dñij diuerſitas. Unde vter
qꝫ terminus ẽ formaliter accipiẽdus. Quo
enim formaliter acceptus: principium eſt al
teritatis. ſicut dicit Pitagoras: eo ꝙ eſt pri
mus receſſus ab vnitate. dñi aūt formaliter
ſunt dñi: forma dñationis differẽtes: ⁊ hoꝝ
vnus: nõ eſt ſub altero: ꝗ quoꝝ vnus ẽ ſub
altero. materialiter ſunt plures: ⁊ ſm formã
dñij ſunt vnus ſolus. Duo ergo formaliter
dñi nõ cõueniūt in legibus: ⁊ preceptis. Et
ſi vnus eſt vrbane poteſtatis in preceptis:
aliter eſt tirrannus. Et ideo dicit glo. de cõ
traria operantibus dñis. Pro reſponſione
ad argumenta iuxta Alex. de ales. in. iij. eſt
notandum: ꝙ conſtituere duos fines. ſ. tem
poralem: ⁊ eternum: contingit ita: ꝙ ſint or
dinati: vt vnus propter alium. Hoc contin
git dupliciter: ita ꝙ ponatur eternum: finis
vltimus: temporale vero finis ꝓximꝰ. Uel
econuerſo. vel ita: ꝙ nõ ſint ordinati: ſꝫ vtrū
qꝫ principaliter intẽdatur: temporale ⁊ eter
num. Si ponatur eternum finis vltimus et
temporale finis ordinatus ad finem. diſtin
guent alij ſic. quia aut eſt actio ſpiritualis:
aut corporalis. Si ſpiritualis: vt predicatio
⁊ oratio. ⁊ huiuſmodi: nõ poteſt referri ad
temporalem finem. veluti ad pecuniā: ⁊ per
cõſequens ad finem eternum. ſ. deum. Un
de phas non eſſet vt aliquis predicaret: aut
celebraret diuina iſto fine: vt acquireret tẽ
poralia: de quibus ſubſtentaretur ad ſerui
tium dei. Si vero ſit actio temporalis: ſicut
eſt laborare in vinea. dicunt: ꝙ poteſt refer
ri ad finem corporalem. dum tamen referа
tur poſtmodum ad deum: vt fodere in vi
nea ad pecuniam acquirendam: qua ſuſten
tetur ad ſeruitium dei. Si autem econuerſo
finis proximus ponatur deus: ⁊ finis vlti
mus temporale: peruerſiſſimū eſt. Nam vt
dicit Auguſtinus. humana peruerſitas eſt
fruendis vti: hoc eſt diuina ad alium finem
referre. Et ſm hoc exponitur illud. Eccle
ſiaſti. ve ingredienti terraꝫ duabus vijs. di
cit gloſa: Duabus vijs ingreditur: qui qđ
dei eſt opere exhibet: et ꝙ mundi eſt cogi
tatione querit. Si vero conſtituantur duo
fines conprincipales. temporale ⁊ eternuꝫ:
accidit peruerſitas: de qua dicit Auguſti
nus: ꝙ peruerſitas eſt vtendis frui. hoc eſt
temporalia quibus vtendum eſt: non refer
re ad eterna: quibus fruendum eſt. Secun
dum hoc accipitur illud eccleſiaſtici primo.
Non acceſſeris ad illū duplici corde. Et il
lud Jacobi. i. Uir duplex animo: incõſtans
eſt in omnibus vijs ſuis. Gloſa. Duplex ẽ
animo: qui vult gaudere cum ſeculo: ⁊ vult

gaudet cū deo. Iſtis habitis dicendum eſt
ad argumēta ſingula. ¶ Ad primū reſpō
detur negando ꝯſequentiā. Et rō eſt: ꝗ mo
tus nature ordinatur ad motū gratie. Gra-
tia eni perfectio nature eſt. Unde in ordie
quodā ſe habēt natura ⁊ gratia. Unde ad
illud quod dr̄ finis nature eſt in creatura:
ītelligendū eſt. ꝙ aliter finis non eſt in crea
tura: ⁊ aliter finis volūtatis perverſe. Vo
luntas eni perverſa ꝑponit finē in creatu-
ra excludendo finē ſummū. Natura autē
ponit finē ſummū in creatura ordinabilem
ad finē ſummū. Nō ergo erit ſimile de mo
tu nature: ⁊ gratie. ⁊ motu voluntatis. in fi
nem tēporalē ⁊ eternū. ¶ Ad ſecundū re-
ſpōdetur negando conſequentiā. Et rō eſt:
ꝗ rō non poteſt ordinate moveri: ſi ſm de
liberationē equaliter conſtitueret finē de
um: ⁊ id quod eſt nature neceſſariū. Nam
motus īferioris partis rōnis. ꝗ aliter per-
verteretur. ¶ Ad tertiū rn̄detur negando
ꝯſequentiā. Et rō eſt. ꝗ cum rō deliberat
de fine naturalis pietatis: ⁊ de fine charita
tis: ad hoc ꝙ ſit ordiatus motus: ⁊ merito
rius: neceſſe eſt: vt finis pricipij: ſit finis ca
ritatis. Bene poteſt tn̄ finis pietatis natu-
ralis ſcʒ viſio fr̄is apud ſanctū Jacobū eē
cauſa accelerationis motus: non tn̄ ex hoc
ꝯſtitueretur duplex finis pricipalis.

D ſcd̃am. q. ſic ꝑceditur. Et vi
detur ꝙ hō deum odio habere
non poſſit. ¶ Primo ſic. Dicit
Dionyſius de di. noibus: ꝙ oi
bus amabile ⁊ diligibile eſt pmū bonū ⁊
pulchrū. Hoc autē deus eſt. Ergo a nul-
lo odio habetur: ¶ Secundo ſic. Nullus
pōt ipſam bonitatē odio habere: ſicut nec
malitiam velle. Malum eni eſt oino volū-
tarium: vt dicit Dionyſius quarto de di-
noibus. Deus aūt eſt bonitas ipſa. Ergo
nullus pōt eum odio habere. ¶ Tertio ſic:
Odium eſt averſio quedam. Sed ſicut di
cit Dionyſius primo. c. de di. noibus. De
us omnia ad ſeipſū convertit. Ergo nullus
eum odio habere poteſt. ¶ In oppoſitum

eſt pn̄s evangeliū. ij. illud. Pſ. Superbia
eorum qui te oderunt: aſcendit ſemper. Et
Joannis. xv. Nunc aūt ⁊ viderunt ⁊ ode-
runt me ⁊ patrem meū. ¶ Rn̄deo dicen-
dum iuxta ſanctum Thomā. Odium eſt
motus appetitive potentie: que non move
tur niſi ab aliquo apprehenſo. Deus autē
dupliciter apprehendi poteſt ab homine.
Uno modo ſm ſeipſū. puta cū per eſſen
tiam videtur. Alio modo per effectus ſu-
os. cū. ſ. inviſibilia dei per ea que facta ſūt
intellecta conſpiciuntur. Iſta diſtinctiōe po
ſita: ſit iſta prima ꝯcluſio. Deus in ſeipſo:
odio haberi non poteſt. qm̄ ipſe per eſſen-
tiam eſt ipſa bonitas. quā nullus odio ha-
bere poteſt. ꝗ de rōne boni eſt ꝙ ametur.
Unde impoſſibile eſt: ꝙ aliquis videns
deum per eſſentiā: eum odio habeat. Secū
do poteſt comprehendi per effectus ſuos.
Et ꝗ eorū aliqui ſunt: qui nullo modo poſ
ſunt eſſe contrarij voluntati humane: ſicut
ſunt: eſſe: vivere: ⁊ intelligere. Eſt concluſio
ſcd̃a iuxta Albertum. ꝙ cum deus ſit prin
cipium dans eſſe: ⁊ continens in eſſe: ⁊ gu
bernans ad optimū ſue nature: vnūquod-
qʒ: ⁊ cum omnia appetant. eſſe: ſicut: ⁊ bo-
num a nullo poteſt haberi odio: ſed in iſta
conſideratione: omnia aut naturali aut ani
mali aut intellectuali motu amant deum.
Sunt aūt quidam effectus dei qui repu-
gnant inordinate voluntati: ſicut inflictio
pene. ⁊ etiā cohibitio peccatorū: per legem
divinam: que repugnant voluntati depra-
vate per peccatū. ⁊ ſic eſt tertia concluſio.
Et ſm hāc conſiderationē talium effectu
um ab aliquibus deus odio haberi poteſt.
inquātū. ſ. apprehenditur pcōꝝ prohibitor:
⁊ penaꝝ inflictor. ¶ Ad rōnes in oppoſi.
¶ Ad primā rn̄detur: ꝙ dictū Diony. de
appetitu naturali intelligitur: qui tn̄ in dā-
natis pervertitur per id quod addit ex de-
liberata volūtate. Vel dicendū: ꝙ rō illa ꝑ
cedit q̃ʒtum ad illos: qui vident dei eſſenti
am: que eſt ipſa eſſentia bonitatis. ¶ Ad ſe
cūdam rn̄detur eodem modo. ¶ Ad tertiā

reſpondetur: ꝙ deus conuertit omnia ad ſeipſum: inquantũ eſt eſſendi principiũ: q: omnia inquantũ ſunt: tendunt in dei ſimilitudinem: qui eſt ipſum ꝛc̃.

AD tertiam. q. ſic ꝓceditur Et videtur ꝙ non omnis ſollicitudo tꝑalium ſit prohibita. ℭ Primo ſic ex illo Luc. x. Marta ſollicita es erga plurima. ℭ Secũdo ex illo ad Ro. xij. Qui preeſt in ſollicitudine. ℭ Tertio ex illo. i. Cor. vij. Qui cũ vxore eſt: ſollicitus eſt: que ſunt mundi: quomodo placeat vxori. ℭ In oppo. videtur euangelium p̃ñs. ℭ Rñdeo iuxta dominũ Albertuʒ dicendũ: ꝙ duplex eſt ſolicitudo. Una eſt ſuffocãs: ꝛ eſt quando vitalis ſpiritus: q: nobis lucet fide: ꝛ calet caritate ſollicitudine p̃ñtis ſeculi: ſic ſtringitur: vel extinguitur: ꝙ ad deũ ſe extendere nõ poteſt nec habere virtutem ad obſequiuʒ xp̄i: nec ſpirare auras ſp̄ũs ſancti: tunc fit omnino quod dr̃ in Mat. xiij. ꝙ verbũ iter ſpinas cadens: a ſollicitudinibus ꝛ curis ſeculi ſuffocatur: ꝛ non fert fructũ. Et hec ſollicitudo eſt quãdo tanta cura mũdanoꝝ habet. ꝙ lucra mundana preponũtur diuinis. Et hec ſollicitudo hic interdicitur. Alia ſollicitudo ſpũm vitalem non ſtringens: nec operiens: vt extinguat: ſed potius dilatans: vt ille qui totus aſcendit per deuotionẽ ad deum: dilatatur: ꝛ in prouidentia cõmiſſorum Et hoc modo dr̃ ad Ro. xij. Qui preeſt i ſollicitudine ꝛc̃. Et hec non iterdicitur: ſed conceditur. Et illis quibus incũbit precipitur. j. Thi. v. Qui ſuoꝝ ꝛ maxime domeſticorum curam nõ habet ꝛc̃. Eſt etiã ſollicitudo circa temporalia bona: non tanq̃ʒ circa finẽ vltimũ: ꝛ principalia bona: ſed ſicut circa organa: ꝛ inſtrumẽta perueniendi ad conſequendũ ſp̃ũalia bona: ꝛ talis ſollicitudo eſt licita. ſicut illa que ſunt Marthe. Et ex his pʒ reſponſio ad obiecta.

ℭ Dominica. xvj. eſt euangelium. Ibat ieſus in ciuitatem que ꝛc̃. Luc. vij. Circa q̃d mouetur tale dubium.

VTrum hoc miraculum quo reſuſcitauit filiũ vidue: fuerit ſufficienter oſtenſiuũ diuinitatis xp̄i: ſiue ꝙ xp̄s eẽt verus deus. Et videtur ꝙ nõ. ℭ Primo ſic. Eſſe deũ ꝛ hoiem: eſt proprium xp̄i. Sed alijs multis tam veteri q̃ʒ noui teſtamẽti ſanctis cõmune fuit reſuſcitare mortuũ. Ergo illa reſuſcitatio mortui: non fuit ſufficiens ad oſtendendũ diuinitateʒ xp̄i. ℭ Scd̃o ſic. Uirtute diuinitatis nihil eſt maius. Sed aliqui fecerunt maiora miracula: q̃ʒ xp̄s. Dicitur. n. Jo. xiiij. Qui credit in me opera que ego facio: ꝛ ipſe faciet: ꝛ maiora horum faciet. Ergo videtur ꝙ hoc miraculum: nec alia que xp̄s fecerit fuerunt ſufficientia ad oſtendendũ diuinitatem xp̄i. ℭ Tertio ſic. Ex particulari non ſufficienter oſtenditur vniuerſale. Sʒ iſtõ miraculum fuit quoddã particulare opus. Ergo ex illo nõ ſufficienter demonſtrata ẽ diuinitas xp̄i. ℭ In oppo. eſt euangelium: in quo ex magnitudine miraculi: dicitur: ꝙ accepit omnis timor. ſ. admirationis: ꝛ glorificabant deũ. Item pʒ ex illo. Jo. v. Opera que dedit mihi pater: vt faciam: ipſa teſtimonium perhibent de me. ℭ Reſpondeo dicendũ ſub iſta ꝯcluſione. Miraculum hoc: quod xp̄s fecit: ſufficienter oſtendit diuinitatem xp̄i: ſiue xp̄m eſſe deũ. Iſta concluſio pʒ: q: ſuſcitatio mortui: ſm̃ ipſam ſpeciem operis: tranſcendit omnem poteſtateʒ create virtutis. Et ideo non poterat fieri: niſi virtute diuina. Secũdo pʒ ꝓpter modum obſeruatum in faciendo hoc miraculum. q: non orando ſed imperãdo ꝓpria virtute fecit. Unde dr̃ Luc. vj. ꝙ virtꝰ exibat de illo: ꝛ ſanabat omnes. Per hoc oſtẽditur ſicut dicit Cirillus: ꝙ non accipiebat alienam virtutẽ: ſed cũ eſſet naturaliter deus: ꝓpriã virtutem ſuper infirmos oſtẽdebat. Alij autem ſancti: qui fecerunt miracula faciebant hec implorãdo diuinam potentiam: ꝛ clementiam: non imperando. E

ſi aliquando in talibus imperabāt: hoc nō erat ꝓpria virtute: ſed exprimendo virtutē xpi: tanq̄ʒ miniſtri ⁊ non domini. ¶ Ad rōnes in oppo. ¶ Ad primā rñdetur negando conſequentiā. Et rō eſt. q: chriſtus operatus eſt hoc miraculum: ⁊ alia: ꝓpria virtute: quod non fecerunt alij: ſed virtute diuina. Unde quiſq; alius homo aliquid eorū fecit: ipſo faciente fecit. hoc aūt ipſe: nō alijs facientibus fecit. vt dicit Aug. ¶ Ad ſcōam rñdetur negando ꝯñaʒ. Et rō eſt: q: licet xp̄s dederit apoſtolis ptātem miracula faciendi: ⁊ maiora q̄ʒ ipſe fecerat: per ſe ipſum. Maximū eniʒ inter miracula chriſti fuit: ꝙ ad tactū fimbrie eius ſanabantur infirmi: vt habetur Math. ix. ſed de Petro legitur. Act. v. ꝙ ad eius vmbrā ſanabantur infirmi: Maius autem eſt ꝙ ſanet vmbra: q̄ʒ fimbria: non tñ apoſtoli fecerunt miracula virtute propria: ſed virtute chriſti. Et ideo rō non procedit. ¶ Ad tertiam reſpondetur ēt negando conſequentiā. Et ad probationē reſpondetur: ꝙ qñ aliquod particulare opus propriuʒ eſt alicuius agētis: tunc per id particulare opus probatur tota virtus agentis. ſicut cum rōnari ſit ꝓpriuʒ hoīs: oſtēditur aliquis eſſe homo: ex hoc ipſo: ꝙ rōcinatur circa quodcūq̄ʒ particulare propoſitum. Et ſiliter cum propria virtute miracula facere ſit ſolius dei: ſufficienter oſtenſuʒ eſt xpm eſſe deū: ex quocūq̄ʒ miraculo: qđ propria virtute fecit.

¶ In dñica decimaſeptima eſt euangeliū: Cum intraſſet ieſus domuʒ ⁊c̄. Luc. xiiij. Circa quod poſſunt diſputari ſe. q.

¶ Primo: vtrum appetere prelationem ſit peccatum.

¶ Scōo: vtrū ambitio ſit peccatuʒ.

AD primā. q. ſic ꝓcedit. Et videtur ꝙ appetere p̄lationeʒ vt epatum ſit licitū: ⁊ nō ſit pctm̄. ¶ Primo ſic. Dr̄. j. Thi. iij. Qui epatuʒ deſiderat: bonū opus deſiderat. Sed licitū ⁊ laudabile eſt bonū opus deſiderare. Ergo licitum eſt deſiderare prelationē: ſiue epatum. ¶ Scōo ſic. Status epōrum eſt perfectior q̄ʒ ſtatus religioſoꝝ. Sed laudabile eſt: ꝙ aliqs deſiderat ad ſtatū religioſoꝝ trāſire. Ergo ēt laudabile eſt: ꝙ aliqs appetat ad epatum: vel prelationē promoueri. ¶ Tertio ſic. Facta ſanctoꝝ: que in ſcriptura narrantur: proponuntur nobis in exemplum. Sed legitur Iſaie. vj. ꝙ Iſaias ſe obtulit ad officiū predicationis: qđ precipue conuenit prelatis. Ergo vr̄ ꝙ appetere prelationem: ſiue epatum: ſit laudabile. ⁊ ita non ſit peccatū. ¶ In oppo. eſt euangelium pñs. vbi dominus reprehendit eos: qui primos accubitus eligebant. Secundo eſt illud qđ dicit Aug. ix. de ciuitate dei. Locus ſuperior ſine quo populus regi nō poteſt: ⁊ ſi adminiſtretur: vt decet. tamen indecenter appetitur. ¶ Rñdeo dicendum iuxta ſanctū Thomaʒ: in ſcōa ſcōe. ꝙ in epiſcopatu tria poſſunt conſiderari. quorum vnum ē principale ⁊ finale: ſcʒ epiſcopalis operatio: qua vtilitati proximorum intendit. ſm illud Joannis vltimo. Paſce oues meas. Aliud eſt altitudo gradus: q: epiſcopus ſiue prelatus ſuper alios conſtituitur. ſm illud Mathei xxv. Fidelis ſeruus ⁊ prudens: quem conſtituit dominus ſuper familiam ſuam. Tertium auteʒ eſt: ꝙ conſequenter ſe habʒ iſta ſcʒ reuerentia: ⁊ honor: ⁊ ſufficientia temporalium: ſm illud. j. Thi. v. Qui bene preſunt preſbyteri: duplici honore digni habeantur. Qua conſideratione habita: reſpōdetur per concluſiones. Prima eſt appetere epiſcopatum rōne huiuſmodi circunſtantium bonorum. ſcʒ reuerentie: honoris: ⁊ ſufficientie temporalium: eſt illicituʒ. Pʒ q: hoc pertinet ad cupiditatem vel ambitionem. Unde contra phariſeos dominus ait Mathei. xxiij. Amant primos accubitus in cenis: ⁊ primas cathedras in ſynagogis. ſalutationen in foro. ⁊ vocari ab hominibus rabi. Secunda concluſio. quantuʒ ad ſecundum ſcʒ ad celſitudinem gradus: appetere prelationem: ſiue epiſcopatum eſt

illicitum ⁊ peccatum. Patet: q: hoc eſt preſumptuoſum. Patet. Nullus debet appetere ſupra ſuas vires: non ſibi proportionatum: aliter enim eſſet ſtultus. Horatius qui neſcit campeſtribus abſtinet ab armis. Sꝫ ad epiſcopatum nullus eſt idoneus: niſi qui ſm gradum ⁊ conuenientiam omnes alios excedit in conuerſatione ⁊ contemplatione ita vt in conſpectu ſui: alij ſint grex. Unde hanc idoneitateꝫ de ſe preſumere: maxime ſuperbie eſt. Unde dominus Mathei. xx. arguit diſcipulos: primatum querentes dicens. Scitis quia principes gentium dominantur eoꝝ ⁊c. vbi Criſo. dicit. Per hoc oſtendit: ꝙ gentile eſt: primatus capere. Et ſic gentium comparatione: eoꝝ animam eſtuantem conuertit. Tertia concluſio. Appetere proximis prodeſſe eſt: ſm ſe laudabile: ⁊ virtuoſum. Uerum quia hoc prout eſt epiſcopalis actus habet anneram gradus celſitudinem. Eſt concluſio quarta. ꝙ videtur preſumptuoſum: ꝙ aliquis preeſſe appetat: ad hoc ꝙ ſubditis proſit: niſi manifeſta neceſſitate imminente. ſicut Grego. dicit in paſtorali ꝙ tunc laudabile erat epiſcopatum querere: quando per hoc q̄ꝫq̄ꝫ dubium non erat ad ſupplicia grauiora peruenire. bene tamen abſqꝫ preſumptiōe poteſt quilibet appetere talia opera facere: ſi euꝫ contigerit in tali officio eſſe: ita ꝙ opus bonum cadat ſub deſiderio. non auteꝫ principatus dignitatis. Unde Criſo. dicit ſuper Mat. Opus quidem deſiderare bonum: bonum eſt: primatuꝫ auteꝫ honoris concupiſcere: vanitas eſt. Primatus enim fugientem ſe deſiderat. deſiderauteꝫ ſe horret. ℂ Ad rōnes in oppoſituꝫ ℂ Ad primam rn̄detur: ꝙ Apoſtolus illud dixit: vt dicit Grego. in paſtorali: illo opere quando ille preerat: prius ad martyriuꝫ ducebatur. Et ſic nihil aderat ī epiſcopatu: ꝙ appeti poſſet: niſi bonum opus. ℂ Ad ſecundam reſpōdetur negando conſequentiaꝫ. Et rō eſt. quia non eſt eadem ratio de ſtatu religiōis: ⁊ de ſtatu epiſcopali propter duo. Primo quidem: q: ad ſtatum epiſcopalem preexigitur vite perfectio: ſed ad ſtatum religionis nō preexigitur. Et huiuſmodi dr̄e rō eſt: q: ſm Diony. perfectio ptinet actiue ad epiſcopum: ſicut ad perfectionem. Ad monachum auteꝫ paſſiue: ſicut ad perfectū. Requiritur auteꝫ: ꝙ ſit perfect⁹ ad hoc: ꝙ poſſit alios ad perfectionem adducere. quod non preexigitur in eo: qui debet ad perfectionem adduci. Eſt auteꝫ preſumptuoſum: ꝙ aliquis perfectum ſe reputet. non auteꝫ ꝙ aliquis ad perfectionem tendat. Secundo: q: ille qui ſtatum religionis aſſumit: ſe alijs ſubijcit: ad ſpūalia capiēda. ⁊ hoc cuilibet licet. Unde Aug. xix. de Ciui. dei. A ſtudio cognoſcende veritatis nemo prohibetur. quod ad laudabile pertinet ocium. Sed ille qui tranſit ad ſtatum epiſcopalem: ſublimatus: ad hoc: ꝙ alijs ꝓuideat. ⁊ hāc ſublimationem nullus debet ſibi aſſumere ſm illud ad Hebre. v. Nemo aſſumit ſibi honorem. ſed qui vocatur a deo. Et Criſo. dicit ſuper Mat. Primatum eccleſie concupiſcere non iuſtum eſt. nec vtile. Quis enim ſapiens vult vltro ſe ſubijcere ſeruituti: ⁊ periculo tali: vt decet: pro omni eccleſia. niſi forte qui non timet dei iudiciū abutens primatu eccleſiaſtico ſeculariter: vt. ſ. conuertat ipſum in ſecularem? ℂ Ad tertiam reſpondetur negando conſequentiam. Et ratio eſt: quia ſicut dicit Grego. in paſtora. Iſaias qui mitti voluit ante ſe per altaris calculum purgatuꝫ: vidit ne non purgatus adire qſq̄ꝫ ſacra myſteria audeat. Qꝛ ergo valde difficile eſt purgatum ſe quēlibet poſſe cognoſcere: predicationis officium tutius declinatur.

D ſecundam queſtionem ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ ambitio non ſit peccatum. ℂ Primo ſic Ambitio importat cupiditatem honoris. Sꝫ honor de ſe quodda ꝫ bonū eſt maxime inter exteriora bona

Vñ ⁊ illi:q de honore nõ curãt vituperantur:ergo ambitio nõ eſt peccatũ:ſed magis aliquid laudabile:ſm ꝙ bonũ laudabiliť appetitur. ¶ Scđo ſic. Quilibet abſq3 vicio poteſt appetere:qđ ſibi debetur:Sz honor eſt premiũ virtutis:p̃mo. Ethi. ⁊ octauo:ergo ambitio honoris:nõ eſt peccatũ. ¶ Tertio. Illud per quod homo ꝓuocatur ad bonũ:⁊ reuocatur a malo:nõ eſt peccatũ:Sed per honorem hoĩes ꝓuocãtur ad bona faciẽda:⁊ mala vitanda: ſicut philoſophus dicit tertio. Ethi. Et Tulius ĩ libro de tuſculanis queſtionibus:ꝙ honor alit artes: Ergo ambitio nõ eſt peccatũ. ¶ In oppoſi. eſt euãgelium p̃ns in quo manifeſte reprobat ambitionẽ honoris in hominibus. ¶ Rñdeo dicendũ. ꝙ ambitio ſemper ẽ peccatũ. Iſta cõcluſio primo pȝ ex illo. i. Cor. ij. Caritas nõ eſt ambitioſa:nõ querit q̃ ſua ſunt: Nihil aũt repugnat caritati:niſi peccatum: ergo ambitio ẽ pctm̃. Pro qua cõcluſione plenius oſtendẽda notandum eſt iuxta ſanctum Tho. in ſecũda ſecũde. ꝙ honor importat quãdaȝ reuerentiã alicui exhibitam ĩ teſtimoniũ excellentie eius Circa autẽ excellentiã hoĩs:duo ſunt attendẽda. Primo q̃dem:ꝙ illud ſm quod hõ excellit:nõ hȝ hõ a ſeipſo:ſed eſt quaſi diuinuȝ in eo. Et ideo ex hoc nõ debetur principaliter ſibi honor. ſed deo. Secũdo ꝯſiderandũ eſt:ꝙ id ĩ quo excellit datur hoĩ a deo:vt ex eo alijs ꝓſit. Tripliciter ergo appetitũ honoris contingit eſſe inordinatum. Vno modo per hoc: ꝙ aliqs appetit teſtimonium de excellentia: quã nõ hȝ:quod eſt appetere honorẽ: ſupra ſuaȝ ꝓportionẽ. Alio mõ per hoc:ꝙ honorẽ ſibi cupit nõ referẽdo in deũ Tertio modo per hoc:ꝙ appetitus eius in ipſo honore q̃eſcit nõ referens honorẽ ad vtilitatem alioꝝ. Ambitio aũt importat inordinatũ appetitũ honoris. Vñ manifeſtũ eſt ꝙ ambitio ſemper ſit peccatũ. ¶ Ad ratiõez in oppoſitũ. ¶ Ad primã rñdetur negãdo ꝯñaȝ. Et rõ eſt:quia appetitus boni dȝ regulari ſm rõnem:cuius regulaȝ ſi trãſcendat: erit vicioſus Et hoc modo vicioſum eſt:ꝙ aliquis appetat honorẽ nõ ſcđm ordineȝ rationis. Vituperãtur aũt:qui nõ curant de honore ſm ꝙ oratio dictat:vt ſcilȝ vitent ea:que ſunt contraria honori. ¶ Ad ſecũdã reſpõdetur negando minorẽ. Dicimus enim:ꝙ honor nõ eſt premiũ virtutis:quo ad ipſum virtuoſuȝ. vt. ſ. hoc pro premio expetere debeat:Sȝ pro premio expetit beatitudineȝ q̃ eſt finis virtutis. Dicitur aũt eſſe premium virtutis ex parte alioꝝ:qui nõ habẽt aliq̃d maius:quod virtuoſo tribuant q̃ȝ honorẽ. qui ex hoc ipſo magnitudinem habẽt:ꝙ ꝑhibet teſtimoniũ virtuti. Vnde patet:ꝙ nõ eſt ſufficiens premium vt dicitur. iiij. Ethi. ¶ Ad tertiã rñdetur negãdo couſequẽtiã. Et ratio eſt:quia ſicut per appetitum honoris:q̃ñ debito modo appetitur aliqui ꝓuocãtur ad bonũ:⁊ reuocãtur a malo. ita etiaȝ ſi inordinate appetatur:põt eſſe homini occaſio:multa mala faciẽdi:dum ſcilȝ nõ curat qualiter cũq3 honorem conſequi poſſit. ſiue dolis ſiue fallacijs. Dicitur etiaȝ:ꝙ illi q ſolum propter honorem vel bona faciunt:vel mala vitant:non ſunt virtuoſi: vt patet per phm̃. iij. Ethi. vbi dicit. ꝙ non ſunt vere fortes:qui propter honorem fortia faciunt.

¶ In dominica decimaoctaua eſt euangelium. Audientes phariſei. Mat. xxi. Circa puod poſſunt diſputari ſe. q.

¶ Primo:vtrum de caritate fuerint danda duo precepta.

¶ Secundo:vtrum homo ex caritate debeat diligere proximum: pluſq̃ȝ ſeipſum.

¶ Tertio:vtrum chriſtus ſufficienter probauit phariſeis in ſe habere diuinam naturam. d. Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum dominum.

AD primam queſtionem ſic ꝓceditur. Et videtur ꝙ de caritate non fuerint dãda duo ꝑcepta. ¶ Prio ſic. Precepta legis ordinanť ad ṽtutẽ. Sȝ caritas ẽ vna ṽtus:ergo de caritate nõ fuit dandũ niſi vnũ preceptũ. ¶ Scđo ſic.

Dicit. Aug. in primo de doctrina xp̄iana.
Caritas in ꝓximo nõ diligit niſi deũ. Sed
ad diligẽdum deum ſufficeret ordinatio ꝑ
hoc p̄ceptum diliges dñm deum. Ergo nõ
oportuit dari aliud p̄ceptum de dilectione
proximi. ¶ Tertio ſic. Apoſtolus dicit ad
Romanos. xiij. Qui diligit ꝓximũ: legeꝫ
ipleuit. Sed nõ ipletur lex: niſi ꝑ obſeruan
tiã oium p̄ceptoꝝ. Ergo oia p̄cepta inclu-
duntur in dilectione ꝓximi. Sufficit ergo
hoc vnuꝫ p̄ceptuꝫ de dilectiõe ꝓximi. Nõ
ergo debuerunt dari duo p̄cepta caritatis
¶ In opp. ẽ xp̄s in euãgelio p̄nti: qui duo
p̄cepta ponit caritatis. ¶ Rñdeo dicẽduꝫ
ſub aliq̄bus ꝯcluſiõibus Prima ẽ: ꝙ duo
p̄cepta caritatis poſita a xp̄o in euangelio
p̄nti: ſunt ſufficiẽtia. Iſta ꝯcluſio probatur
ſic. Precepta in lege ſe habẽt ſicut ꝓpoſi-
tiões in ſciẽtijs ſpeculatiuis: in q̄bus ꝯclu-
ſiones virtute ꝯtinentur in primis princi-
pijs. Unde q̄ perfecte cognoſceret pricipia
ſ̄m ſuã totam virtutem. nõ opus haberet:
vt ei ꝯcluſiões ſeorſum ꝓponerẽtur. Sed
q: nõ oẽs: q̄ cognoſcunt pricipia ſufficiunt
ꝯſiderare q̄cq̄d in pricipijs virtute ꝯtine-
tur. neceſſe ẽ ꝓpter eos. vt in ſciẽtijs ex pri
cipijs ꝯcluſione deducantur. In op̄alibus
auteꝫ in q̄bus p̄cepta legis nos dirigunt: fi
nis hꝫ rõem pricipij. dilectio autem dei: fi-
nis ẽ ad quẽ dilectio ꝓximi ordinatur. Et
iõ nõ ſolum opꝫ dare p̄ceptum de dilectio
ne dei: ſed ẽt de dilectiõe ꝓximi: ꝓpter mi-
nus capaces: q̄ nõ ꝰ facili ꝯſiderarẽt vnuꝫ
hoꝝ p̄ceptoꝝ ſub alio ꝯtineri. Scd̃a ꝯclu-
ſio iter iſta duo p̄cepta. Primum dignita-
te ⁊ maximum ẽ p̄ceptum de dilectiõe dei.
Patet iſta ꝯcluſio: ex illo verbo xp̄i dicen
tis: hoc ẽ primum ⁊ maximum mãdatum i
lege: maximum capacitate. Illud. n. eſt in
quo oia ꝯtinentur: q: in iſto: dilectio ꝓxi-
mi ꝯcipitur: ſ̄m qð in Jo. dr̃. Qui diligit
deum: diligit ⁊ ꝓximum. Et ideo maximũ
Item eſt primum origine. Tertia ꝯcluſio:
ꝙ in his duobus mãdatis vniuerſa lex pẽ
det: ⁊ ꝓphete. i. tota doctrina legis: ⁊ pro-
phetaꝝ dependet ab his: Iſta ꝯcluſio ꝓba
tur ex verbo xp̄i. Secundo rõne oñditur
ſic. Finis. n. in appetibilibus ſe habet ſicut
pricipium in ſpeculatiuis. Procedit. n. ſci-
entia ex pricipijs. ad ꝯcluſiones. ⁊ ſicut to
ta ſcientia ex pricipijs iudicatur: ſic in om-
nibus operatiõibus totum dependet a fi-
ne. Quia ergo dilectio ẽ finis. finis p̄cepti
eſt caritas: vt dicit Aug. ideo ab iſtis depẽ
dent oia alia. Et hec eſt expoſitio Auguſt.
Origenes ſic exponit. In his. i. in obſ̄uan
tia iſtoꝝ: pendet intellectus legis: ⁊ ꝓphe-
taꝝ. q: qui hec obſeruat: meret̃ intelligenti
am legis ⁊ ꝓphetaꝝ. Eccle. ij. Qui timetis
dñm: diligite illũ: ⁊ illuminabũtur corda ve
ſtra. Pſ. A mãdatis eius itellexi. ¶ Nũc
ad rões in oppo. ¶ Ad primã rñdetur ne
gando ꝯñam. Et rõ eſt. q: licet charitas ſit
vna virtus: q̄ habet tñ duos actus. quo-
rũ vnus ordinatur ad aliũ: ſicut ad finẽ: pre
cepta aũt dantur de actibus virtutum: ⁊ iõ
oportuit plura eẽ p̄cepta caritatis. ¶ Ad
ſecũdam rñdetur negando ꝯñam. Et ratio
eſt q: lꝫ deus diligatur in ꝓximo: ſicut finis
in eo: qð ẽ ad finẽ: tñ oportuit de vtroq̄ ex
plicite dari precepta: rõne iam dcã. ¶ Ad
tertiam rñdetur eodem modo.

D ſcd̃am. q. ſic ꝓcedit̃. Et vide
tur ꝙ hõ ex caritate debeat plꝰ
diligere ꝓximum q̄ꝫ ſeipſum.
¶ Primo ſic. Principale ob-
iectũ caritatis eſt deus. Sed q̄ñq̄ hõ habꝫ
ꝓximũ magis deo ꝯiunctũ q̄ꝫ ſit ipſe. Er-
go magis dꝫ aliq̄s talẽ diligere: q̄ꝫ ſeipm̃.
¶ Scd̃o ſic. Detrimẽtũ illius magis vita
mus: quẽ magis diligimus. Sed hõ ex ca-
ritate ſuſtinet detrimẽtũ ꝓ ꝓximo. ſ̄m illð
Prouer. xij. Qui negligit dãnum propter
amicũ: iuſtus eſt. Ergo hõ ex caritate ma-
gis aliũ diligere: q̄ꝫ ſeipꝫ dꝫ. ¶ Tertio ſic.
Conformãdo id quod magis quis diligit
in ſeipſo: eſt viuere. Sed caritas facit po-
nere vitam corporalẽ pro fratribus. Ergo
caritas facit magis diligere ꝓximũ: q̄ꝫ ſe-
ipſum. ¶ In oppo. eſt euãgelium preſens.

vbi dicitur diliges ꝓximū ſicut teipſuz. Ex quo videtur: q̄ dilectio hois ad ſeipſum: ē ſicut exemplar dilectiōis: que habet ad alterū. Sed exemplar potius eſt q̄z exēplatū. Ergo ex charitate magis debet hō diligere ſe: q̄z ꝓximū. ❡ Rñdeo dicenduz q̄ in hoie duo ſunt: ſcz natura ſpūalis: ⁊ natura corporalis. Plus hō debet ſe diligere: quātum ad naturá ſpūalem: ſiue interiorem: q̄z q̄ztum ad naturá corporalé: ſiue exteriorez. Et ideo ea que ſunt bona nature ſpūali ſiue iteriori plus dz optare: q̄z ea que ſunt bona ſibi ẜm naturá exterioré. Iſto ꝑmiſſo ſit iſta ꝯcluſio. Homo ẜm naturá ſpūalem magis dz poſt deum diligere ſeipſum: q̄z quécūq̄z aliū. Iſta ꝯcluſio pz ex ipſa rōne diligendi. Ná deus diligitur vt principiū boni. ſuper quo fundatur dilectio charitatis. Hō aūt ſe diligit ex charitate: ẜm rōnem: qua eſt particeps ꝑdicti boni: Proximus aūt diligitur ẜz rōnez ſocietatis. In iſto bono: ꝯſociatio aūt eſt rō dilectionis: ẜm quádam vnioné in ordine ad deū. Unde ſicut vnitas potior eſt q̄z vnio. ita q̄ hō participet bonū diuinum: eſt potior rō diligendi: q̄z q̄ alius aſſociet ſibi in hac ꝑticipatione. Et ideo ex charitate debet magis ſeipſum diligere: q̄z ꝓximū. Et hmōi ſignum eſt: q̄ hō non debz ſubire aliquod malū peccati: quod ꝯtrariatur participationi btitudinis: vt proximū liberet a pcō. Secunda concluſio eſt: q̄ homo ex charitate magis dz diligere ꝓximum: q̄z ſeipſuz: ẜm naturá corporalé. Patet ꝯcluſio: qꝛ illud eſt magis diligendū qđ habet plenioré rōnem diligibilis ex charitate vt dictū eſt. Conſociatio autez in plena participatione btitudinis: que eſt rō diligendi ꝓximum: eſt maior rō diligendi: q̄z participatio btitudinis per redundātiam: que eſt rō diligendi propriū corpus: ſiue naturá corporalé. Et ideo ꝓximuz quātum ad ſaluté anime plus debemus diligere q̄z propriū corpus. ❡ Ad rōnes in oppo. ❡ Ad primá reſpondetur negando cōſequentiá. Et rō eſt: qꝛ dilectio charitatis: non ſoluz habet quantitaté ex parte obiecti quod eſt deus: ſed ét ex parte diligentis: q eſt ipſe hō charitatez habens. Sicut ⁊ q̄ztitas cuiuſlibet actiōis dependet quodam modo ex ipſo ſubiecto: ⁊ ideo licet ꝓximus melior ſit deo propinquior: qꝛ tamen nō eſt ita propinquus charitaté habēti: ſicut ipſe ſibi: non ſequitur: q̄ magis debeat aliquis proximū q̄z ſeipſuz diligere. ❡ Ad ſcdam rñdet negando conſequentiá. Et rō eſt: qꝛ hō debet detrimenta corporalia pati: ⁊ ſuſtinere ꝓpter amicuz. ⁊ hoc ipſo magis ſeipſz diligit ẜm ſpūalem menté: qꝛ hoc pertinet ad perfectioné virtutis: que eſt bonū mentis. Sed in ſpūalibus non debet hō pati: detrimentū peccando: vt proximū liberet a pcō: ſicut dictū eſt. ❡ Ad tertiá rñdetur negando ꝯſequentiam. Et rō eſt: qꝛ tradere ſe morti propter amicuz eſt perfectiſſimus actus virtutis. Unde hunc actū magis appetit virtuoſus: q̄z vitam propriá corporalem. Unde q̄ aliquis vitá propriá corporalem ꝓpter amicū ponat: nō cōtingit ex hoc q̄ aliquis plus amicū: q̄z ſeipſuz diligat: ſz qꝛ in ſe plus diligit bonum virtutis: q̄z bonum corporale.

Ad tertiá. q. ſic ꝓcedit. Et videtur q̄ xp̄s nō ſufficiēter ꝓbauit phariſeis in ſe habere diuiná naturam ex illo: quo modo ergo Dauid i ſpū vocat eū dñm. ❡ Primo ſic: qꝛ vt dr̄ Iſa. lv. generationé eius quis enarrabit? Si ergo generatio eterna eſt ineffabilis: de illa non pōt intelligi textus ille. Ergo ex illo nō potuit capi ſufficiens argumentū. ❡ Secundo ſic: Textus ille non videtur poſſe intelligi de xp̄o: qꝛ dr̄ ſede a dextris meis. quia dextera et ſiniſtra ſunt dr̄e poſitionū corporaliū. Sed nihil corporale ꝯuenit deo: qꝛ deus ſpūs é. Io. iiij. Ergo ſedere a dextris nō ꝯuenit filio dei. ❡ Tertio idé arguitur ex illo: qđ ſequit̄: donec ponam inimicos: ⁊ cetera. Ex quo videtur: q̄ poſtq̄z poſuerit inimicos: q̄ vltra nō ſedebit e dextris dei.

tas: ⁊ oſtēdēs me eſſe meſſiā in lege ꝓmiſ-
ſuȝ: peccatū nō haberēt. Nō aūt ipi cogno
uerūt xp̄m. pȝ Math.xxij. Hic ē heres: ve
nite occidamus eum. ¶ Ad rōnes i oppo.
¶ Ad p̄mā rn̄det̄ negādo minoreȝ. Et ad
ꝓbationē rn̄det̄: ꝙ ꝑ illa opa: q̄ xp̄s i eis fe
cit: annumerari ēt dȝ vocatio iterior: q̄ quoſ-
dam attraxit ſicut Greg. dicit i quadā ome
lia: ꝙ xp̄s Mariā Magdalenā traxit in-
terius q etiā ꝑ clemētiā ſuſcepit foras. An-
numerari ēt dȝ eius doctrina: cum etiā ipſe
dicat. Si nō veniſſem: ⁊ locutus eis nō fuiſ-
ſem pctm̄ nō haberēt. ¶ Ad ſecūdā rn̄det̄
negādo minorē. Dicim⁹ eni: ꝙ xp̄s poterat

ſe oſtēdere: ⁊ oſtēdit legiſlatorē: nō ſolū fa-
ciendo viſibilia miracula: ſed ēt ꝑ auctorita
tē ſcripture: ⁊ ꝑ interiorē inſtinctū.

Ad ſecūdā.q. que ē: vtrū argu
mētum illud xp̄i ſit ſufficiēs:
quo ait. Si opa nō feciſſem i
eis: que nemo ali⁹ fecit: pecca
tū nō haberēt. Et videtur ꝙ
nō. ¶ Prio ſic. Hoc cōtrariatur primo ar
gumēto. Ergo nō valet. Cōſequētia eſt bo-
na. Antecedēs ꝓbat̄: q: in p̄mo dictū eſt ꝙ
etiā ſi xp̄s nō feciſſet miracula: adhuc: pctm̄
nō haberent: nō recipientes eum. ¶ Scđo
ſic. Chriſtus nō fecit in eis alia: q̄ alij nō fe
cerint. Nam ſi ſuſcitauit mortuos: hoc He
lyas ⁊ Elyſeus fecerunt. Si xp̄s ambulauit
ſupra mare: ⁊ Moyſes mare diuiſit. ⁊ Jo
ſue: qđ maius ē: fecit ſolē ſtare. Joſue.x. Er-
go nō videt̄ argumētū illud xp̄i ſufficiens.
¶ Tertio ſic. Aliqui fecerūt maiora mira-
cula: q̄ȝ xp̄s. Dicit̄ enim Jo.xiiij. Qui cre
dit in me: opa que ego facio: ⁊ ipe faciet et
maiora horū faciet. ¶ Quarto ſic. Mira-
cula nō ſufficiunt ad ꝓbandū grãm gratuȝ
facientē in aliquo. ergo nec ad ꝓbandū di-
uinitatē in aliquo. ergo argumētū illud non
videtur ſufficiens. ¶ Jn oppo. eſt ṽbū xp̄i
in euangelio. ¶ Rn̄o dicēdū: ꝙ miracula
que xp̄s fecit: ſufficiēter ꝓbant xp̄m deum
eſſe: ⁊ ꝑ ꝯſequēs argumentū xp̄i fuit ſuffi-
ciens ad ꝓbandum. Patet cōcluſio ex illo
Jo.v. Opa que dedit mihi pater vt faciā:
ipſa teſtimoniū ꝑhibent de me. Patet ⁊ ra
tione. Primo qdem ſm ipſam ſpēm rerū:
que tranſcendunt oēm poteſtatē create vir
tutis. ⁊ iō nō poterāt fieri: niſi virtute diui-
na. Secūdo ꝓpter modū faciēdi q: ſi ꝓpria
ṽtute: ſiue ptāte faciebat miracula: nō auteȝ
orandi ſicut alij: Vñ dr̄ Luc.vj. Virtus de
illo exibat: ⁊ ſanabat oēs. ¶ Ad rationes
in opp. ¶ Ad primā reſpōdet̄ negādo aſ-
ſumptū: ⁊ ad ꝓbationē rn̄detur: ſicut dictū
eſt pri⁹ i ſuꝑiore.q. ꝑ opa que xp̄s fecit: itel-
ligendū ē: nō ſolū de viſibilib⁹: ſed ēt de īui
ſibilib⁹.ſ. iteriori iſtīctu: ⁊ attractu doctrīe.

Que qdẽ ſi in eis nõ feciſſet peccatũ nõ haberent. ¶ Ad ſecũdam rñdet: ſm Aug. q dñs nõ loqtur de qbuſcũq; miraculis fctis in eis. i. in ɔſpectu eoꝝ: ſ; de factis i eis. i. pſonis eoꝝ. Nã in curatõe infirmoꝝ nullus tm̃ in eis fecit: quãtũ xp̃s: quãuis et ꝛ i alijs. Similit q: null9 hõ fcũs ali9 ẽ de9: ꝛ nullus natus ẽ de ỽgine: niſi xp̃s. Fecit ergo in eis opa: q nemo ali9 fecit: in curatiõe etiã infirmoꝝ. Et hoc in trib9. Primo qdem in magnitudine: q: mortuũ qtriduanũ ſuſcitauit. Cecũ illuminauit: qd a ſeculo nõ ẽ auditu;. Scdo in multitudine: q: oẽs quotquot male habebãt curabat vt dr Math. xiiij. Qd nullus alius fecit. Tertio. i modo: q: ſicut diximus alij faciebãt orãdo: inuocãdo: oſtẽdẽtes ſe nõ ꝓpria ỽtute facere. Sed xp̃s faciebat imperando: ꝓpria virtute. Sic ergo l; q alij mortuos ſuſcitarent: ꝛ alia miracula facerẽt: que xp̃s fecit: nõ tñ eodẽ mõ: nec ꝓpria ỽtute: vt xp̃s. Similit qd dicit de ſtatione ſolis: minus eſt eo: q xp̃s moriens lunã retrocedere fecit: ꝛ totũ curſum firmamẽti mutauit: vt dicit dñs. ¶ Ad tertiã rñdet negando ɔñam. Et rõ eſt: q: alij l; quo ad ſubſtantiã aliqua maiora facerẽt: ſicut q vmbra Petri ſanabat infirmos: nõ tñ maiora erant: quo ad modũ. Immo illi non faciebãt ſine xp̃o. Vñ xp̃m inuocãdo illa operabant. ¶ Ad qrtã rñdet negãdo ɔñam. Et rõ eſt: q: miracula fiunt ỽtute diuina ad confirmationẽ ỽitatis fidei. Vñ dicit Math. vlti. de aplis: q pdicauerunt vbiq;: dño cooperante: ꝛ ſermonẽ cõfirmãte: ſequentib9 ſignis. Nõ aũt fiũt miracula ſemp ad demõſtrandũ grãm eius: p quẽ miracula fiũt. Et iõ põt contingere: q aliqs grãm gratum facientem nõ habẽs: miracula faciat. S; hoc contingere nõ põt: q aliqs falſam doctrinã annũcians: vera miracula faciat: que nõ niſi ỽtute diuina fieri poſſunt. Sic eni; deus eſſet falſitatis teſtis: quod eſt impoſſibile.

Quom ergo xp̃s ſe filiũ dei diceret equalẽ deo: hanc eius doctrinã cõprobant miracula que faciebat. Et ideo oſtendebat xp̃s per miracula que faciebat: eſſe deus. Petr9 autem l; ea vel maiora miracula faceret: nõ ꝓbabat eſſe deus ſed per ea etiã ꝓbabat: q xp̃s eſſet deus: q: Petrus nõ predicabat ſe ipſum: ſed Jeſum xp̃m eſſe deum.

¶ In feſto oium ſanctoꝝ eſt euangeliũ. Uidens Jeſus turbas ꝛc. Math. v. Circa qd poſſunt diſputari ſeq. q.

¶ Primo: vtrũ beatitudo ſanctoꝝ ɔſiſtat in viſione dei per eſſentiam.

¶ Secũdo: vtrũ beati videtes deũ p eſſentiã: videãt oia: que deus videt.

¶ Tertio: vtrũ beati in gloria prius ferant ad contemplandã xp̃i diuinitatẽ q; eius humanitatem.

Ad pmã. q. ſic ꝓcedit. Et vr q btitudo ſanctoꝝ nõ conſiſtat in viſione dei p eſſentia;. ¶ Primo ſic. Btitudo i bonis corporis cõſiſtit. Ergo nõ in viſiõe dei ꝛc. Cõſequẽtia ẽ bona: aſſumptum ꝓbat: q: qd a plurib9 dicit: ipoſſibile eſt falſum totaliter: vt cõmẽtator dicit. i. de aia. ꝛ phũs. vij. ethy. q opinio nõ pdit: quã populi multi famãt. S; maior hominũ multitudo inclinat ad querẽdũ corporales delectatiões: ꝛ corporalia bona. q. finem. ergo finis humane nature i corporalib9 bonis ɔſiſtit. S; finẽ humane nature dicim9 beatitudinẽ. Ergo bonis beatitudo i bonis corporis qrẽda ẽ. ¶ Scdo ſic. Intellect9 nõ põt ad hoc ptinere: q videat deũ p eſſentiã. ergo ſanctoꝝ beatitudo nõ cõſiſtit in viſione dei p eſſentiã. Cõſequẽtia ẽ bona. Probat aſſumptũ. Primo ſic. Quom itelligibile ſit pfectio itellectus: op; eſſe ꝓportionẽ iter intelligibile ꝛ itellectũ: ꝛ viſibile ꝛ viſum. S; nõ poſſum9 accipe ꝓportionẽ aliquã inter intellectũ noſtrũ: ꝛ diuinã eſſentiã cũ in infinitũ diſtent. ergo intellectus noſter nõ põt ptingere ad eſſentiam diuinã videndã. Secundo ſic. Plus diſtat ſenſus ab intellectu noſtro: q; intelligibile creatu; a ſenſu: ſ; ſenſibile nullo modo poteſt ptingere ad creaturam rõnale; ſpiritualẽ. ergo nec intellectus

noſter ad videndā diuinā eſſentiaz. Tertio
ſic. Q̄ñcūqz intellectus intelligit aliquid in
actu: opz ꝙ informet per ſimilitudinē itelle
ctus: qḋ eſt p̄ncipiū intellectualis opatiōis:
in tale obiectum terminate. Si ergo intelle
ctus noſter deū intelligat: opz ꝙ fiat per ali
quā ſimilitudinē informantē ipm intellectū
Hoc aūt nō pōt eſſe i diuina eſſentia: q: for
me ⁊ formati opz eſſe vnum. Diuina autez
eſſentia ab itellectu noſtro differt ſm eſſen
tiā ⁊ eſſe. Ergo opz: ꝙ forma qua īformatur
itellectus noſter in itelligēdo deū: ſit aliqua
ſimilitudo impreſſa a deo itellectui noſtro.
Sz ſimilitudo illa cū ſit qd creatum: nō pōt
ducere in dei viſionem: niſi ſicut effectus in
cauſam. Ergo impoſſibile eſt: vt intellectus
videat deū ꝑ eſſentiā. ¶ Quarto p̄ncipali-
ter arguit. Beati in patria videbunt deum
ꝑ mediū: q: per lumen glorie: ſm illud pſ̄.
In lumine videbim⁹ lumen. Ergo nō vide
būt deū ꝑ eſſentiā. ¶ Quinto ſic. Sancti i
patria videbūt deum facie ad faciē: vt dr̄. i.
Corīn. xiij. Sz hoiem qñ videm⁹ facie ad
faciē: videm⁹ ꝑ ſimilitudinē. Ergo deus in
patria videbit per ſimilitudinē. ⁊ ſic nō per
eſſentiā. ¶ In oppo. eſt euangeliū p̄ñs. vbi
dicit. Beati mūdo corde: qm̄ ipſi videbūt
deū. Scḋo. i. Corīn. xv. Super illud: cū tra
diderit regnū deo patri: dicit glo. vbi. ſ. i pa
tria eſſentia patris: ⁊ filij: ⁊ ſpūs ſancti vide
būt qḋ ſolis mūdis cordib⁹ dabit: que eſt
ſumma beatitudo. Ergo ſancti deū ꝑ eſſen-
tiā videbūt. ¶ Rñio dicēduz: ꝙ fidē catho
licā firmiter credendū ē: ꝙ beatitudo ſan-
ctoꝝ cōſiſtit in viſione dei ꝑ eſſentiam. Iſta
ꝯcluſio ꝓbatur. Primo ex illo. Io. xv. Hec
eſt vita eterna: vt cognoſcāt te ſolū deū ⁊c̄.
Scḋo ſic. Sanctoꝝ deſiderium nō pōt oīo
fruſtrari. Sz ſcōꝝ deſideriū cōmune eſt: vt
videāt deū per eſſentiaz: vt pz. Ex o. xxxiij.
Oſtēde mihi gloriā tuā. Et in Pſ̄. Oſtēde
faciem tuā: ⁊ ſalui erimus. ⁊ Io. xiiij. Oſten
de nobis patrē: ⁊ ſufficit nobis: ergo ſancti
deū per eſſentiā videbūt. Tertio ſic. Beati
tudo enim ē vltima perfectio rōnalis crea-
ture. Nihil aūt eſt finaliter ꝑfectū: niſi attin
gat ad ſuum p̄ncipiū: ſm modū ſuū: ⁊ ideo
dico ſm modū ſuū q: ad principiū quod ē
deus: attingit aliquis dupliciter. Uno mo-
do per ſimilitudinē: qḋ eſt cōe omni creatu
re: que. ſ. tm̄ hz de ꝑfectione: quātū cōſequi-
tur de diuina ſimilitudīe. Alio modo: ꝑ opa
tionē: vt ꝑtermittat ille modus: qui eſt xp̄o
ſingularis. ſ. in vnitate perſone. Dico autez
per opationē: inquātū rōnalis creatura co-
gnoſcit: ⁊ amat deū: ⁊ q: aīa immediate fa-
cta eſt a deo. ideo beata eſſe nō poterit: niſi
imediate videat deū. i. abſqz medio: ꝙ ſit ſi
militudo rei cognite. Sicut ſpēs viſibilis in
pupilla: vel in ſpeculo: nō eſt: tm̄ abſqz me-
dio: qḋ eſt lumen cōfortās intellectū: qḋ eſt
lumen glorie. De quo in pſal. In lumīe tuo
videbimus lumen. Hoc aūt eſt per eſſentiā
deum videre. Unde in hoc ponimus bea-
titudinez rōnalis creature: ꝙ deū per eſſen
tiam videbimus: ſicut phyloſophi: q poſue
runt aīas noſtras fluere ab intelligētia agē
te felicitatē: ponebant in cōtinua coniūctio-
ne intellectus noſtri ad ipſam. ¶ Ad rōnes
i opp. ¶ Ad p̄mā reſpōdet negādo aſſum
ptum. Et ad ꝓbationē reſpondetur: ꝙ mul
torum opinionē nō eſt neceſſariū eſſe verā
ſimpliciter: ſed ſm partem. Multitudo au
tem hoium in bonis corporis ponētiū bea
titudinē: quantū ad hoc verā opinionē ha-
bet: ꝙ illud quod optimū ſibi exiſtimāt: hoc
ſuā beatitudinem eſſe putant. Et quātū ad
hoc: eorū opinio vera eſt. ſ. ꝙ optimū hoīs
eſt beatitudo: non autez oportet: ꝙ ſit vera:
quantū ad hoc: quod ponunt eam in bonis
corporis: quia hec opinio procedit ex falſa
radice: qua. ſ. exiſtimāt ſe eſſe p̄ncipaliter id
quod ſunt ſm corpus. ¶ Ad ſcḋam reſpon
detur negādo aſſumptum. Et ad probatio-
nem dicimus: ꝙ ꝓportio dicitur dupliciter.
Uno modo ꝓprie: ſm qḋ importat quēdā
determinatū exceſſuz. Et ſic ꝓportio reqrit
iter intellectū: ⁊ iter intelligibile: ad hoc ꝙ
ſit cognitio: cū cōprehēſione: q̄liter diuina
eſſentia nunq̄ꝫ videbit ab itellectu creato.

Alio mõ accipit cõiter ꝑ qualibꝫ habitudine. Et ſic ĩfinitũ põt hr̃e ꝓportionẽ ad finitũ: ſic eius ꝑfectio: vel aliã hmõi habitudinẽ hñs ad ipm̃. Et talis ꝓportio ſufficit ad hoc ꝙ itellectus noſter videat eſſentiã diuinã: attingẽdo nõ cõprehẽdẽdo. ¶ Ad q̃rtã ꝓbationẽ rñdetur: diſtinguendo de duplici pꝛia. Una eſt ſ̃m cõuenientiã in natura. Et ſic cõceditur ꝙ magis delectat deus ab itellectu creato q̃ꝫ intelligibile creatuꝫ a ſenſu. Alia eſt ſ̃m ꝓportionalitatẽ. Et ſic ẽ econuerſo: qꝛ ſenſus non ẽ ꝓportionatus ad cognoſcẽdũ aliq̃d imateriale. Sꝫ itellectus eſt ꝓportionatus ad cognoſcẽdũ q̃dcũqꝫ imateriale. Et ita rõ nõ ꝓcedit. ¶ Ad tertiã ꝓbationẽ rñdet negãdo ↄñaꝫ. Et dicim⁹ ꝙ i viſione qua beati deũ ꝑ eſſentiã vidẽt. Ipa eſſentia diuina ẽ quaſi forma itellectus: qua itelligit: nec opꝫ ꝙ efficiat vnũ ſimpliciter cũ intellectu: ſed ſolũ ꝙ fiãt vnũ quantũ ad actũ intelligẽdi. ¶ Ad q̃ntã principalẽ rationẽ rñdetur negãdo cõſequẽtiã. Et rõ: qꝛ lumen glorie nõ eſt mediũ: quo ſicut ſpẽ intelligibili videat de⁹. Pro quo notandum ꝙ in viſione corꝑali: ⁊ intellectuali inuenit triplex mediũ. Primũ ẽ mediũ ſub quo vr̃: ⁊ hoc ẽ ꝙ ꝑficit viſum ad videndũ in generali: nõ determinãs viſum ad aliq̃d ſpeciale obiectũ: ſic ſe hꝫ lumẽ corporale ad viſum corporalẽ: ⁊ intellectus agens ad itellectum paſſibilẽ. Scd̃m mediũ quo vr̃: ⁊ hoc ẽ forma viſibilis: qua determinat vterqꝫ viſus ad ſpeciale obiectũ: ſicut ꝑ formam lapidis ad cognoſcendũ lapidẽ. Tertium ẽ mediuꝫ in quo vr̃: ⁊ hoc eſt illud: per cuius iſpectionem ducitur viſus in aliam rem: ſicut inſpiciendo ducitur in ea: que in ſpeculo repreſentant: ⁊ videndo imaginẽ ducitur ad imaginatũ. ⁊ ſic ẽt intellectus per cognitionẽ effectus: ducitur in cãm: ⁊ ecõuerſo. In viſiõe ergo patrie non erit tertium medium: vt. ſ. deus per ſpecies aliorũ cognoſcatur: ſicut nunc cognoſcitur. Ratione cuius dicimus nunc videre in ſpeculo: nec erit ibi ſecũduꝫ medium qꝛ ipſa eſſentia diuina erit qua intellectus noſter videbit deũ: vt ex dictis pꝫ. Sed erit ibi tantũ primũ mediũ: q̃d eleuabit intellectũ noſtrũ ad hoc: ꝙ poſſit coniungi eſſentie increate modo predicto. Sꝫ ab hoc medio non dicitur cognitio mediata: qꝛ nõ cadit inter cognoſcentẽ: ⁊ rem cognitã: ſed eſt illud q̃d dat formã cognoſcendi. ¶ Ad .vj. reſpõdetur negãdo ↄſequentiã. Et rõ eſt: qꝛ nõ ẽ ſimile: qꝛ creature corporales nõ dicũtur imediate videri: niſi quãdo id q̃d i eis cõiungibile viſui: ei cõiungitur. Nõ ſunt aũt cõiungibiles ꝑ eſſentiã ſuã: rõne materialitatis. Et ideo tunc immediate vidẽtur: quãdo eorũ ſimilitudo intellectui cõiungit. Sed de⁹ ꝑ ſuã eſſentiã cõiungibilis eſt intellectui. Unde nõ videretur imediate: niſi eſſentia ſua cõiungeret intellectui: ⁊ hec viſio imediate dicitur viſio faciei.

AD ſecũdã. q. ſic ꝓcedit. Et vr̃ ꝙ vidẽtes deũ per eſſentiam videant oia: que de⁹ in ſeipo videt. ¶ Primo ſic. Grego. iiij. dyalogoruꝫ. Illic oẽs cõi charitate deum conſpiciunt: quid eſt: quod neſciant: vbi ſcientem oia ſciunt? Loquitur aũt de beatis qui viderit deum ꝑ eſſentiaꝫ. Ergo vr̃ ꝙ qui videt deum per eſſentiam: omnia cognoſcit. ¶ Scd̃o ſic. Quicũqꝫ videt ſpeculum: videt ea: que in ſpeculo reſultant. Sed in v̊bo dei omnia ſicut in ſpeculo reſultant: quia ipſuꝫ eſt ratio: ⁊ ſimilitudo oium. E[r]go ſancti qui vidẽt verbũ ꝑ eſſentiam: vidẽt oia creata. ¶ Tertio ꝓuer. xiij. Deſideriũ ſuũ iuſtis dabitur. Sꝫ ſancti deſiderant oia ſcire: qꝛ oẽs homines natura ſcire deſiderant: nec natura ꝑ gloriã auferet. Ergo dabitur eis a deo ꝙ oia cognoſcant. ¶ Quarto ſic. Ignorãtia eſt quedã penalitas vite ꝑſentis. Sꝫ ois penalitas ꝑ gloriaꝫ a ſanctis auferet. Ergo ⁊ ois ignorãtia: ⁊ ita oia cognoſcẽt. ¶ Quinto ſic. Sicut ſenſus ita ⁊ itellectus cognoſcit oẽ illud: cuius ſimilitudine informatur. Sꝫ diuina eſſentia expreſſius idicat quãlibet rẽ: q̃ꝫ aliqua alia ſimilitudo rei. Ergo in illa beata viſione cum

eſſentia diuina fiat.q. forma itellectus nr̄i:
vr̄ ꝙ ſci videntes deum:oia videāt.¶ In
oppo.Sic dicit Diony.vj.celeſt.Jerar. ꝙ
angeli ſuꝑiores:iſeriores a neſcētia purgāt
Sed angeli iſeriores vidēt diuinā eēntiaꝫ.
Ergo angelus vidēs diuinā eſſentiam:pōt
aliqua neſcire. Sed aīa non ꝑfectius videt
deū q̄ꝫ angelus.Ergo ſancti videntes deū:
nō opꝫ ꝙ videāt oia.¶ Rn̄o dōm:ꝙ du-
plex dr̄ diuina cognitio.Una vocat notitia
viſionis:qua cogn̄ſcit oia: que ſunt vel fue
runt.Et hec dr̄ notitia viſionis :q: ad ſilitu
dinē viſionis corporalis cognoſcit ea.q.pre
ſentia.Scd̄a cognitio:que dr̄ ſimplex intel
ligentia:eſt qua cognoſcit vidēdo ſuā eſſen
tiā:oia que pōt facere:q̄ꝫuis nūq̄ꝫ fecerit :
nec facturus ſit:alias non ꝑfecte cognoſce-
ret potentiam ſuā. Non enim pōt cognoſci
potentia niſi ſciant potētie obiecta. Et hoc
dr̄ cognoſcere:notitia ſimplicis intelligen-
tie.Hoc notato ſit p̄ma ꝯcluſio.Impoſſibi
le ē:ꝙ aliqs intellectus creatus cognoſcat
oia:vidēdo diuinā eſſentiā:q̄ deus pōt fa-
cere.Pꝫ ꝯclio:q: ħ eſſent cōprehēdere di
uinā eēntiā:qđ ē impoſſibile.Pꝫ ſic.Quā
to aliquod principiuꝫ ꝑfectius cognoſcitur
tanto plura ſciuntur in ipſo:ſicut in vno de
mōſtratiōis pricipio.Ille q eſt ꝑſpicatioris
ingenij:plures ꝯcluſiones videt:q̄ꝫ alius:q
eſt tardioris.Quom ergo q̄ꝫtitas diuie po
tentie attendat ſm eā:in qua pōt ſi aliqs i-
tellectus videret in diuina eſſentia oia:que
de⁹ pōt facere:eadē eēt q̄ꝫtitas ꝑfectiōis in
telligēdo:que ē q̄ꝫtitas diuine potētie in ꝓ
ducēdo effectus:⁊ ita cōprehēderet diuinā
eēntiā ꝙ ē ipoſſibile oī intellectui creato.
Scd̄a ꝯclio loquēdo de ſcia viſiōis.Poſſi
bile ē: ꝙ aliquis itellectus creatus : vt ani-
ma xp̄i cogn̄ſcat oia illa:q̄ ſcit notitia viſiōis
De alijs aūt ſctis vtruꝫ videāt oia:que de⁹
videt:ſcientia viſionis : eſt duplex opinio.
Quidam dicūt ꝙ ſic. Sed hoc repugnat
ſcōꝝ dictis:q ponunt angelos aliqua igno-
rare:quos tn̄ ꝯſtat ſm fidē : oēs deū ꝑ eēn
tiā videre.Alij dicūt oppoſitū ſm quos ſit

illa.iij.ꝯclio.Sci vidētes diuinā eēntiā: nō
vidēt oia:que deus videt.Iſta ꝯclio ꝓbat
Primo ſic.Solus xp̄s hꝫ ſpūm nō ad mē
ſurā.vt dr̄ Jo.iij.Sed xp̄o inquātū habet
ſpm̄ non ad menſurā:cōpetit ꝙ oia in v̄bo
cognoſcit.Un̄ ibideꝫ dr̄ ꝙ pr̄ dedit oia in
manu ei⁹.Ergo nulli alij ſcōꝝ cōpetit oia
cognoſcere in v̄bo:q̄ꝫ xp̄o.Scd̄o ſic.Quā
to aliqđ p̄ncipiū ꝑfecti⁹ cognoſcit:tāto plu
res effect⁹ ei⁹ cognoſcunt ꝑ ipm̄. Sꝫ qdā
vidētiū deū ꝑ eēntiā:ꝑfectius alijs cogno
ſcūt deū:q rerū oium p̄ncipiū ē.Ergo qdā
alijs plura cognoſcūt.Et ſic nō oēs ſciunt
oia.Et iō ē:ꝙ vn⁹ pōt aliū inſtruere. Et ſic
ſcia angeloꝝ ⁊ aiaꝝ ſcāꝝ pōt augeri vſq̄ꝫ
ad diē iudicij:ſ; vlteri⁹ n̄ ꝓficiet:q: tūc erit
vltim⁹ ſtat⁹ reꝝ.¶ Ad rōes in opp.¶ Ad
p̄maꝫ rn̄detur negādo ꝯn̄am. Et ad dictuꝫ
Greg.rn̄det ſcūs Tho.ꝙ ex v̄bo illo Gre-
go.on̄dit : ꝙ in illa btā viſiōe ē ſufficientia
ad oia ituēdū:ex pte diuine eēntie:per quā
de⁹ oia videt.Qđ nō oia videant: ē ex de
fectu itellect⁹ creati:q diuinā eēntiā nō cō-
ꝓhēdit.¶ Ad.ij.reſpōdet negādo ꝯn̄am.
Et rō ē:q: ſpeculū illđ ē volūtariū: ⁊ ſic ſe
on̄dit cui vult:ita in ſe on̄dit:q̄ vult. Nec ē
ſimile de ſpeculo mālī : in cui⁹ ptāte nō eſt
qđ videat:vel nō videat.¶ Ad.iij. rn̄det
negādo ꝯn̄am.Et rō ē:q: deſideriū ſcōꝝ:
quo oia ſcire deſiderāt:iplebit ex hoc ſolū:
ꝙ deū videbunt ſicut deſideriuꝫ eoꝝ : quo
oia bona hr̄e cupiūt iplebit in hoc: ꝙ deū
hēbūt.Sic.n.de⁹ in hoc ꝙ hꝫ ꝑfectaꝫ boni
tatem:ſufficit affectui eo hito oia bōa: quo
dāmō hēbunt:ita eius viſio ſufficit intelle-
ctui.Jo.xiiij.Dn̄e oſtende nobis patreꝫ: ⁊
ſufficit nobis. ¶ Ad.iiij.rn̄detur negādo
ꝯn̄am.Et rō eſt:q: ignorātia dupliciter ac-
cipit.Uno modo ꝓprie accepta in ꝓuatiōe
ſonat:⁊ ſic eſt pena.Sic eni ignorantia: eſt
neſcia aliquoꝝ:q̄ ſcire debent:vel que ne-
ceſſe ē ſcire.Et hoc modo ignorātia nō po-
nit in ſcis:q: nulli⁹ hoꝝ ſcia ſanctis deerit
in pr̄ia.Alio modo ignorātia accipit cōiter
ꝑ oi neſcia:⁊ ſic angeli ⁊ ſācti in pr̄ia qdā

ignorãt. Vñ Dionẏ. dicit: ꝙ ãgeli a neſcia purgant. Sicut aũt ignorãtia non eſt penalitas: ſed defectus qdã: nec ē neceſſe ꝙ oīs talis defectus ꝑ gl̃iam auferaꝉ. ſic ēt poſſet dici ꝙ defectꝰ ē in Lino: q̄ nõ peruenit ad gl̃iam Petri. ¶ Ad q̃ntã rñdeꝉ negando ꝯñam. Et rõ eſt: q: q̃zuis diuina eſſentia ſit rõ oīum cognoſcibiliũ: non tamen coniungitur cuilibet intellectui creato: ſ̄m ꝙ eſt rõ omniũ. Et ideo rõ non ſequitur.

D tertiã. q. ſic ꝓcediꝉ. Et vr̃ ꝙ bt̄i prius feranꝉ ad ꝯtemplãdũ xp̄i humanitatẽ: q̃z ad ꝯtemplãdũ xp̄i diuinitatẽ. ¶ Primo ſic. Ad extremũ nõ ꝑueniꝉ: niſi ꝑ mediũ. Sed mediũ inter deũ ⁊ hoīes ē xp̄i humanitas. i. Thi. ij. Mediator dei ⁊ hoīuꝫ xp̄s ieſus. Ergo ſc̄i nõ ꝑuenirent ad contẽplandã xp̄i diuinitatẽ: niſi prius ꝯtẽplando humanitatẽ eius. ¶ In opp. eſt euãgeliũ pñs vbi dꝛ. Gaudete ⁊ exaltate: q̃m merces vr̃a multa eſt in celo. Et ſic ꝯſtitui debent in potiſſimo ⁊ altiſſimo ſtatu. Ex quo ſic arguiꝉ. Altiſſimo eni ſtatui altiſſimus actus principaliter ⁊ primo cõpetit. Sed beati ſunt in altiſſimo ſtatu. Quom ergo actus intellectus: qui eſt potentia altiſſima: cuius eſt ferri in deũ: ſit actus altiſſimus: videꝉ ꝙ hic actus primo beatis cõpetat: vt deũ ꝯtẽpleꝉ. ¶ Reſpondeo dic̄m: ꝙ ſancti in gl̃ia prius ferunꝉ ad contẽplandam xp̄i diuinitatem. q̃z eius humanitatẽ. Iſta ꝯcluſio probaꝉ. Primoꝰ ſic: Hoc ad perfectionẽ vie pertinet: ꝙ oportꝫ nos ab inferioribus ad ſuperiora ꝯtẽplanda aſcẽdere. Sed in beatis erit ꝑfectio contraria imꝑfectioni vie. Ergo ipſi econuerſo ꝑ prius: altiora ꝯtẽplantur. Ergo beati exiſtẽtes ſupra in pr̃ia: primo xp̄i diuinitẽm contemplantur: q̃z eius humanitatem. Secundo ſic. Unuſquiſq; prius conſiderat regulam operis: q̃z ſ̄m regulaꝫ operetur. Beati autem a deo ſunt coniuncti xp̄o: vt ip̄e ſit eis rõ cuiuſlibet cognitionis ⁊ operis. Aliter eniꝫ actus beatitudinis per alias cognitiones ⁊ operationes impediretur. Et ideo id quod primo beati attendunt: eſt ipſe deꝰ ⁊ ipſum habent mediũ cuiuſlibet cognitionis ⁊ regulã cuiuſlibet operationis. Et ſic per prius ꝯtemplamur xp̄i diuinitatem q̃z eius humanitatẽ: in vtraq; tamẽ ꝯtẽplatione delectationẽ inuenimus: Unde dꝛ. Jo. x. Ingredientur. ſ. beati ad ꝯtẽplandaꝫ diuinitatem: ⁊ egredientur ad ꝯtemplandũ eius humanitatem ⁊ vtrobiq; paſcua inuenient i. delectationẽ: vt exponiꝉ in libro de ſpũ ⁊ anima. ¶ Ad rõnes in opp. reſpondetur: ꝙ ratio illa procedit quantũ ad ſtatum vie: in qua nondum ſumus deo perfecte coniũcti: ſed oportet nos ꝑ xp̄m ad deum aſcendere. Sed cum iam deo in beatitudine coniuncti erimus: per prius intendimus chriſti diuinitatem: q̃z humanitatem.

¶ In die omniũ mortuoꝝ eſt euãgelium. Dixit ieſus turbis ⁊c̄. Jo. v. Circa q̇d poſſunt diſputari ſequentes queſtiones.

¶ Primo: vtrum iudiciaria poteſtas: qua iudicandi ſunt mortui in futuro iudicio: cõuenienter ꝯueniat xp̄o: ſ̄m ꝙ hõ. ¶ Sc̄d̄o: vtrũ ſuffragia fideliũ viuoꝝ ꝓſint defunctis. ¶ Tertio: vtꝝ ſuffragia facta ꝑ maloſ ſiue per peccatores ꝓſint. ¶ Quarto: vtꝝ vox xp̄i: quã audient mortui: erit cauſa reſurrectionis omnium eorum.

D. j. q. ſic ꝓcediꝉ. Et vr̃ ꝙ iudiciaria ptãs: q̄ iudicãdi ſunt mortui in futuro gñali iudicio: non ueniet xp̄o: ſ̄m ꝙ hõ. ¶ Primo ſic. Dicit Aug. lib. de vera reli. ꝙ iudicium attribuiꝉ filio inquantum eſt ipſe lex prime veritatis. Sed hoc pertinet ad xp̄m: ſ̄m ꝙ eſt deus. Ergo iudiciaria ptãs nõ conuenit xp̄o ſ̄m ꝙ hõ. ¶ Sc̄d̄o ſic. Iudiciũ auctoritatem reqrit. Sed auctoritas ſuꝑ viuos ⁊ mortuos ē in xp̄o: ſ̄m ꝙ deus: ſic eni ꝑ ſē deꝰ oīum. Ergo ptãs ⁊c̄. ¶ Tertio ſic. Ad iudiciariam ptãtem ꝑtinet p̃miare bene agentes: ſicut punire mortuos. Sed p̃miũ bonorũ ē btitudo eterna: que nõ daꝉ niſi a deo. Dicit. n. Augu. ſuꝑ Jo. ꝙ ꝑticipatione dei ſit aīa beata. Ergo vr̃ ꝙ iudiciaria ptãs

non ⁊c̄. ¶ Quarto. Ad iudiciariá ꝑtátem
xp̄i pertinet iudicare occulta cordiũ: ſm il-
lud; ad Corin. iiij. Nolite ante tp̄s iudicare
quouſq; veniat dñs: q illuminabit abſcōdi
ta tenebraꝝ: ⁊ manifeſtabit conſilia cordiũ.
Sed hoc pertinet ad ſolá virtuté diuinā vt
pꝫ. Ergo ⁊c̄. ¶ In oppo. eſt euágeliũ pñs
vbi dr̄. Poteſtaté dedit ei iudicium facere
q: filius hois eſt. ¶ Rñdeo dicēdũ: ꝙ iudi-
ciaria ꝑtás ꝯuenit xp̄o ⁊ ſm ꝙ deus ⁊ ſm
ꝙ hō. Iſta ꝯcluſio declaratur ſic. Quãuis
apud deum maneat primaria auctoritas iu
dicandi: hoibus tñ cōmittitur a deo iudicia
ria poteſtas reſpectu eoꝝ q eoꝝ iuriſditiōi
ſubijciũtur: vt dr̄ Deutro. j. Qd̄ iuſtũ ē iu
dicate. Et poſtea ſubdit. Quia dei eſt iudi-
ciũ: cuius. ſ. auctoritate vos iudicatiſ. Cũ au
teꝫ xp̄s in humana natura ſit caput totꝰ ec
cleſie. ſ. ꝙ ſub eius pedibꝰ deus oia ſubie-
cit: ſeqtur ꝙ ad deũ pertinet etiam ſm hu-
maná naturá habere iudiciariá poteſtaté.
Et hoc quidem propter tria. Primo pro-
pter conuenientiá: ⁊ affinitaté ipſiꝰ ad ho-
mines. Sicut enim deꝰ per cās medias tá-
q̄ꝫ ꝓpinquores effectibꝰ opatur: ita iudicat
per hoiem xp̄m hoies: vt ſit ſuauius iudici
um hoibꝰ. Unde Apoſtolus dicit ad He-
bre. iiij. Nō habemus pontificé: q non poſ
ſit compati infirmitatibꝰ noſtris ⁊c̄. Secun
do q: in finali iudicio vt Aug. dicit erit re-
ſurrectio corpoꝝ mortuorũ: que ſuſcitat de
us p filiũ hois ſicut per eundé xp̄m ſuſcitat
aias: inq̄ꝫtum eſt filiꝰ dei. Tertio q: vt Au
gu. dicit in libro de ỽbis dñi. Rectum erit
vt iudicádi videant iudicé. Iudicádi erãt
boni ⁊ mali: reſtat vt in iudicio forma ſui:
bonis ⁊ malis oſtēderet: forma dei ſolũ bo
ni ſeruaret. ¶ Ad rōes in opp. ¶ Ad pri
maꝫ rñdet negando ꝯñam. Et rō ē: q: licꝫ
iudiciũ ꝑtineat ad ỽitaté: ſicut ad regulam
iudicij: pertinet tñ ét ad hoiem: q ē imbutꝰ
ỽitate: ſm ꝙ ē vnũ quodāmō cũ ipſa ỽita-
te. q. q̄dā lex: ⁊ q̄dam iuſtitia aiata. Anima
aũt xp̄i ꝑ ceteris creaturis magis fuit vni-
ta veritati: ⁊ magis ea repleta ſꝫ illud Jo.
j. Uidimus eũ plenuꝫ gr̄a ⁊ veritate. Ergo
ad aiam xp̄i maxime ꝑtinet oia iudicare:
¶ Ad. ij. rñdet negādo ꝯñam. Et rō ē: ꝙ
ſicut in xp̄o ſm diuiná naturá ē auctoritas
dñij reſpectu vl̃is creature ex iure creatōis
ita in ipſo ſꝫ humaná nāꝫ ē auctoritas dñij
quá ꝓmeruit p paſſioné ⁊ eſt. q. auctoritas
ſcd̄aria ⁊ acq̄ſita ſꝫ ꝑma ē naturalis ⁊ eťna
¶ Ad. iij rñdet negādo ꝯñm. Et rō ē: q: lꝫ
ſolius dei ſit ꝑticipatiōe eius aias btās face
re nihilominus adducere hoies ad btitudi
né inq̄ꝫtum ē caput ⁊ actor ſalutis eoꝝ eſt
xp̄i ſm illud ad Hebre. ij. q multos filios i
gl̃iam adduxerat: actoré ſalutis eoꝝ p paſ-
ſioné ꝯſumare. ¶ Ad quartaꝫ rñdet negá
do minorem. Dicimus enim ꝙ cognoſce-
re occulta cordium: ⁊ diiudicare per ſe per
tinet ad ſolum deum. Sed ex influentia di-
uinitatis ad aiam xp̄i. conuenit etiam eiꝰ co
gnoſcere ⁊ diiudicare occulta cordium. Et
ideo dr̄ ad Ro. ij. In die cum iudicabit de
us occulta hoium per ieſum xp̄m. Et ita cō
pilando omnes ratiōes iudiciaria poteſtas
conuenit chriſto.

D ſecundam. q. ſic proceditur.
Et videtur: ꝙ ſuffragia viuo-
rum non proſint defunctis.

¶ Primo ſic. Suffragia per
vnum facta non poſſunt alij prodeſſe. Er-
go ⁊c̄. Aſſumptum probatur ſic. Dicitur
Gala. vj. Que ſeminauerit homo: hec ⁊
metet. ⁊ ſi vnus ex ſuffragio alterius fru-
ctum conſequeretur: meteret ab alijs ſemi-
nata. ¶ Secundo ſic. Ad iuſticiam dei
pertinet: vt vnicuiq; tribuatur pro meri-
tis. Unde Ps̄. Tu reddis vnicuiq; ſecun
dum opera ſua. Sed iuſticiam deficere
eſt impoſſibile. Ergo impoſſibilis ē: quod
vnus ex operibus alterius iuuetur.
¶ Tertio ſic. Dicitur in euangelio preſen
ti. Qui bona egerunt: ibunt in reſurrectio
nem vite: qui vero mala in reſurrectionem
iudicij: ideſt condemnationis. ¶ Quarto
ſic. Proficere ex opere aliquo: eſt in via
exiſtens. Sed homines poſt mortem

ſeꝫ nõ ſunt viatores. Ergo mortui nõ pñt vi
uorũ ſuffragijs adiuuari. ¶ Quinto. Nul
lus iuuat̃ ex opere alterius: niſi ſit aliq̃ vite
cõicatio int̃ eos. Sꝫ nulla cõicatio mortuo-
rũ ad viuos: ſm phũm. i. Ethi. Ergo ſuffra
gia viuoꝝ non ꝓſunt defunctis. ¶ In opp.
ẽ qd̃ hẽtur. ij. Macab. x.ij Sctã ⁊ ſalubris
cogitatio ẽ ꝓ defunctꝭ exorare. ¶ Rñ̃o di
cendũ ſub duabꝰ ꝯcluſiõibꝰ. Pria eſt. Suf
fragia ꝑ vnũ facta ꝓdeſſe pñt alijs. Iſta cõ
cluſio pꝫ. Primo ex illo. ps. Participẽ me
fac oĩum timẽtiũ te. Rõne ſic. Oẽs fideleſ
caritate vniti ſunt vnius corꝑis mẽbra. Sꝫ
vnũ mẽbrorũ iuuat̃ ꝑ alterum. Ergo vnus
hõ ex alterius meritis põt iuuari. Scd̃a cõ
cluſio. Mortui poſſunt iuuari ex opibꝰ vi-
uoꝝ. Iſta ꝯcluſio patet ex conſuetudine lau
dabili eccleſie: que orat pro defũctis. Si er
go eccleſia nõ decipit̃: ergo ſuffragia viuo
rũ valent defunctis. Itẽ dicit Augu. libro
de cura agenda pro mortuis. Officia ⁊ ſa-
crificia: q̃ offerũtur pro nõ valde malis ſũt
ꝓpiciatiões. Rõne ſic. Sicut ſe hñt orõneſ
ſanctoꝝ ad viuos: ſic viuoꝝ ad mortuos: ſꝫ
ſancti mortui impetrant nobis bona: ⁊ nos
adiuuãt. Ergo ⁊ viui poſſunt bonis opibꝰ
ſuis iuuare mortuos. Cõfirmat̃. Caritas q̃
eſt vinculũ vniens mẽbra eccleſie: nõ ſoluꝫ
ad viuos ſe extẽdit: ſed ẽt ad mortuos: q in
caritate decedũt. Caritas. n. vita corꝑis nõ
finit̃. j. Cori. xiij. Caritas nunq̃ꝫ excidit. Si
militer mortui in memorijs hoĩum viuẽtiũ
viuũt. ⁊ ideo intẽtio viuẽtiũ ad eos dirigi
põt. ⁊ ſic ſuffragia viuoꝝ dupliciť mortuis
ꝓſunt ſicut ⁊ viuis ⁊ ꝓpter caritatis vnio
nẽ ⁊ propter intentionẽ ad eos directã. nec
tñ eis ſic valere credẽda ſunt viuoꝝ ſuffra
gia vt ſtatus eoꝝ mutet̃ de miſericordia ad
felicitatẽ: vel ecõuerſo: ſꝫ valẽt ad diminu-
tiõeꝫ pene: vel aliq̃d hmõi ꝙ ſtatum mortui
nõ trãſmutat. ¶ Ad rõem in oppo. ¶ Ad
ꝑmã rñdetur negãdo ꝯñaꝫ. Et rõ ẽ: qꝛ meſ
ſis ẽ ꝑceptio vite et̃ne: ſicut hẽtur. Jo. iiij.
Qui metit fructũ: cõgregat in vitã eternã.
Sors aũt vite eterne nõ dat̃ alicui: niſi pro
operibus proprijs: qꝛ ⁊ ſi aliquis alteri im-
petret: vt ad vitã ꝑueniat: nunq̃ꝫ tamẽ hoc
fit: niſi mediantibus operibus proprijs. dũ
ſ. precibus alicuius: gratia alicui datur: per
quam merel vitam eternam. ¶ Ad ſecun
dam reſpondetur negando conſequentiaꝫ.
Et ratio eſt: quia opus quod pro aliquo fit:
efficitur eius: pro quo fit. ⁊ ſimiliť opus eiꝰ
qui mecum eſt: vnum eſt quodammodo ⁊
mecuꝫ. Unde non eſt contra diuinam iuſti
ciam. ſi vnus fructum percipit de operibꝰ
factis ab eo: qui eſt ſecuꝫ in caritate: vel ab
operibus pro ſe factis. Hoc etiam ſm hu-
manam iuſticiam conuenit vt ſatiſfactio ꝓ
alio accipiatur. ¶ Ad tertiam reſpondetur
ꝙ preſens euangelium in nullo contradicit
ſuffragijs: bene tamen innuit: ꝙ ſuffragia
non valent ad mutationem ſtatus: ſicut di-
ctum eſt. ¶ Ad quartam reſpõdetur negã
do ꝯñaꝫ. Et rõ eſt: quia quãuis anime ſepa
rate non ſunt ſimpliciter in ſtatu vie. ſed
quantum ad aliquod: adhuc ſunt in via in
quantum. ſ. eoruꝫ ꝓgreſſus adhuc retarda
tur ab vltima retributione. ⁊ ideo ſimplici
ter eoꝝ via eſt circuſepta: vt nõ poſſint vl
terius per aliqua opera tranſmutari ſꝫ ſta-
tũ felicitatis ⁊ miſerie: ſed q̃ꝫtũ ad hoc nõ ẽ
circũſepta: quin q̃ꝫtũ ad hoc: ꝙ detinentur
ab vltima retributione: poſſunt ab alijs iu-
uari. qꝛ ſm hoc adhuc ſunt in via. ¶ Ad
q̃ntã rñdet̃ negãdo ꝯñaꝫ. Et rõ eſt: qꝛ q̃ꝫ-
uis cõicatio ciuiliũ opeꝝ: de qua phũs loq
tur: nõ poſſit eẽ mortuoꝝ ad viuos: qꝛ mor
tui extra vitã ciuilẽ ſũt. põt tñ eoꝝ eſſe cõi-
catio: q̃ꝫtũ ad opa ſpũalis vite: que ẽ ꝑ cari
tatẽ ad deũ: cui mortuorum ſpũs viuunt.

A D tertiam. q. ſic ꝓcedit̃. Et
videt̃: ꝙ ſuffragia per pec-
catores ſiue per malos facta
non proſunt illis: pro quibꝰ
fiunt. ¶ Primo ſic. Joan.
ix. Scimus: quia peccatores deus non ex-
audit. Si orationes eorum prodeſſent illis:
pro quibus orant: exaudirentur a deo. er-
go ſuffragia eorum ⁊c. ¶ Scd̃o ſic. Dicis

Grego. Quom is: qui diſplicet ad interce-
dendum mittitur irati anim⁹ ad deteriora
ꝓuocatur. Sꝫ qlibet peccator deo diſplicet
Ergo per pcōꝝ ſuffragia: deus ad miſeri
cordiā nō flectitur. Et ita taliū ſuffragia nō
ꝓſunt. ℂ Tertio nullū opus ē ſatiſfactoriū
niſi: qđ fit ex radice charitatis. Sꝫ illud nō
fit ſic. quia fit a malo. Ergo non ſatiſfacit.
ℂ Quarto ſic. Iſte pcōr nō ē mēbꝝ eccle
ſie. Ergo nullam hꝫ ꝯnexionē cum illo: qui
mortu⁹ eſt. Ergo op⁹ eius ē oīno alienū ab
ipſo defuncto. Ergo nihil ei ꝓdeſt. ℂ In
oppo. arguitur ſic. Nullus pōt ſcire ꝓ cer
to vtrū ſit in ſtatu grē: vel culpe. Si ergo il
la tm̄ ſuffragia ꝓſunt: que fiūt p eos: q ſunt
in grā: nō poſſet hō ſcire: p quos ſuffragia
ꝯquireret ſuis defunctis. Et ita multi a ſuf
fragijs faciendis retraherent. ℂ Scđo ſic
Dicit Aug. Scđꝫ hoc iuuat aliqs mortu⁹
ſuffragijs: q dū viueret meruit vt iuuaret
poſt mortē. Ergo valor ſuffragioꝝ menſu-
rat: ſm ꝯditōem eius: p quo fiūt. Non er-
go differt vtrū per malos vel bonos fiant
ℂ Rn̄deo dicendū: q ſuffragia fcā p ma-
los: ſi ſint fcā p opa ſacralia: vt eſt celebra
tio miſſe. aut ſint facta in perſona eccleſie:
aut ex ordinatōe mortui deſcēdētis in cari
tate: ꝓſunt illis ꝓ qb⁹ fiunt. Pro qua con-
cluſione notandū: q in ſuffragijs que fiunt
p malos. duo pñt ꝯſiderari. Primo ipſum
opatū: ſicut ſacrificiū altaris. Et q nr̄a ſa-
cramēta ex ſe ipſis efficatiā hñt: abſqꝫ ope
opantis: que equaliter explentur: p quoſcū
qꝫ fiant: q̄tū ad hoc ſuffragia p malos fcā
defunctis proſunt Alio modo pñt ꝯſidera
ri q̄tum ad opus operans. Et ſic diſtinguē
dum ē: q opatio pcōris: ſuffragia facientis.
pōt vno modo conſiderari vt eſt eius. Et
ſic nullo modo meritoria eſſe pōt: nec ſibi:
nec alijs. Alio mō inquātūꝫ eſt alterius: qđ
dupliciter conuenit. Uno mō inquātū pec-
cator ſuffragia faciens: gerit pſonā eccleſie
toti⁹: ſicut ꝛ ſacerdos dū dicit in ecclia exe
quias mortuoꝝ. Et q ille intelligitur face-
re: cui⁹ noīe vel vice fit: vt pꝫ p Dionyſiuꝫ
xij. celeſt. Jerar. Inde eſt q ſuffragia talis
ſacerdotis quāuis ſit peccator defunctis ꝓ
ſunt. Alio modo quando agit vt inſtrm al-
terius. Opus eni inſtrumenti ē magis prin
cipalis agentis. Unde quāuis ille q agit vt
inſtrumentū alterius: nō ſit in ſtatu merēdi
actio tamē eius poteſt eē meritoria: ratione
principalis agētis. Sicut ſi ſeruus in pecca
to exiſtens: quodcūqꝫ opus mīicordie. fa-
cit ex precepto dñi ſui charitatem habētis.
Unde ſi aliqs in charitate diſcedens preci
piat ſibi ſuffragia fieri. vel ali⁹ ꝑcipiat cha
ritatem habens: illa ſuffragia valēt defun-
cto: q̄uis illa per quos fiant: in pcō exiſtāt
magis tñ valerent ſi in charitate eēnt. quia
tūc ex duab⁹ partib⁹ opa illa meritoria eēnt
ℂ Ad rōnes in oppo. ℂ Ad. j rñdet ne-
gando ꝯñam. Et ratio ē multiplex. Primo
q orō per pcōres facta qñqꝫ nō ē pctōris:
ſed alteri⁹. Et iō ſm hoc digna eſt: vt a deo
exaudiat. Tū ſcđo. q qñqꝫ deus peccato-
res audit. ſ. qñ pcōres aliqđ deo acceptum
petunt. Non enim ſolis iuſtis: ſꝫ et pcōrib⁹
de⁹ bona ſua ꝓuidet: vt pꝫ Mat. v. Non
aūt ex meritis eoꝝ: ſꝫ ex ſua clemētia. Et iō
Jo. ix. ſuper illud pcōres de⁹ nō audit. dicit
glo. q loqtur: vt inuētus. i. nō plene illumi
natus: ſiue non adhuc plene videns. ℂ Ad
ij. rñdet negādo ꝯñam. Et rō ē: q q̄uis ex
parte eius q diſplicet: orō pcōris nō ē ac
cepta. tñ rōne alteri⁹: cui⁹ vice vel imperio
agit: pōt deo eē accepta. ℂ Ad. iij. rñdetur
negādo ꝯñam. q opus illud ex parte eius:
cuius vice vel imperio fit: ex radice chari-
tatis procedit. ℂ Ad. iiij. rñdetur eodem
mado: q ille cuius vice: aut mandato fiunt
ſuffragia: eſt membrem eccleſie: ꝛ charita-
te vnitum eis: pro quibus ſuffragia fiunt: ꝛ
hoc ſufficit: licꝫ miniſter ſit a corpore eccle
ſie charitate ſeparatus.

Q. iiij. q. ſic ꝓceditur. Et vide-
tur q vox filij dei non ſit cau-
ſa reſurrectionis mortuorum.
ℂ Primo ſic. Reſurrectio fi
et ſubito: cum dicat Dama. q diuina virtu

te fiet:que eſt infinita. Sed vox illa menſuratur tempore:nec ē potentie infinite, ergo reſurrectionis cā eē non pōt. ¶ Scdo ſic. Vox illa:quā dicūtur audituri mortui:aut audient anteq̄ȝ reſurgent. aut poſt. Si ante. Ergo anteq̄ȝ viuent audient. Si aūt poſt. vox illa non fiet cā reſurrectiōis. ¶ Tertio ſic. Qñ datur potentia:ſiue virt⁹ alicui:q̄ȝuis miraculoſe dr̄ opus:tamē egrediēs ab illa:erit naturalis ſicut pȝ in ceco illuminato. Si ergo dicatur ꝙ voci illi ſit data aliq̄ virtus:ſeqtur ꝙ reſurrectio erit naturalis quod falſum ē: ¶ In oppo. eſt euangeliuȝ pñs. vbi dr̄. Mortui audient vocem filij dei. ¶ Rñdeo dōm:ꝙ vox miniſterialiter erit cauſa reſurrectionis corporum mortuorum. Unde Apoſtolus. j. Thi. iiij. ꝙ dominus in tuba dei deſcendet de celo:⁊ mortui q in xp̄o ſunt reſurgent. Rōne pōt ſic probari. Illud eſt cā excitatiōis in dormiente: quo audito excitatur. Sȝ mortui in monumentis excitabuntur auditu vocis filij dei: vt pȝ in euangelio. Ergo vox illa erit cauſa reſurrectionis. Pro cuius concluſiōis pleniori intelligentia notandum iuxta ſanctuȝ Tho. ꝙ oportet cauſaȝ effectui aliquo modo ꝯiūgi:q: mouens ⁊ motū:faciens ⁊ factū ſunt ſimul. vt ꝓbatur. vij. phy. xp̄s autē reſurgens:ē cā vniuoca nr̄e reſurrectiōis. Uñ opȝ ꝙ in reſurrectiōe corpoꝝ: cōi aliquo ſigno corpali dato:xp̄s reſurgēs opeꝛ. Quod qdē ſignuȝ vt qdam dicūt ad lr̄am eſt vox xp̄i reſurrectōeȝ iperantis. ſicut imꝑauit mari ⁊ ceſſauit tēpeſtas Mat. viii. quidam aūt dicunt ꝙ hoc ſignum nihil aliud ē q̄ȝ ipſa pñtia euidens filij dei in mūdo. ſed nobis melior vr̄ prior ſnīa ⁊ lr̄e magis ꝯformis ⁊ hec vox quecūqȝ ſit qñqȝ dr̄ clamor q. preconis ad iudiciū citantis. Qñqȝ autē dr̄ ſonus tube:vel ꝓpter euidentiā:vel propter conuenientiā ad vſus tube:q erant in veteri teſtamento. Tuba eni congregabantur ad conſiliū:cōmouebantur ad bellum ⁊ vocabanꝛ ad feſtuȝ. Reſurgens aūt ꝯgregabuntur ad conſilium iudicis:ad prelium quo orbis terraꝝ pugnabit contra inſenſatos. ⁊ ad feſtū eterne ſolēnitatis. ¶ Ad rationes in oppo. ¶ Ad ꝑmaȝ reſpondeꝛ negando conſequentiā. Et rō eſt:q: ſon⁹ menſuratur tempore. nihilominus ſicut dicitur de formis ſacramentoꝝ:in vltimo inſtāti ꝓlationis:effectū ſuum hȝ. Et ſic reſurrectio fiet ſubito:quātuȝ ad id:quod in ea fiet:virtute diuina:licet quo ad id qđ fiet miniſterio angelorum:non fiet in inſtanti. ſi inſtās dicat indiuiſibile temporis:erit tamen in inſtanti:prout dicit imperceptibileꝗ tempus. ¶ Ad. ij. reſpondetur vno modo:ꝙ ibi audire dicitur. i. obedire. quia audient. i. obedient voci filij dei. Vox enim expreſſus ē interioris cōceptus. Tota aūt natura ad nutum obedit voluntati diuie:⁊ conceptioni. ſicut audiuit Lazarus quando dictum ē ei: veni foras:⁊ reuixit:vt dr̄ Jo. x. Alio modo reſpondetur iuxta ſanctū Tho. q: ſicut forme ſacramentorum habent virtuteȝ ſanctificādi:nō ex hoc:ꝙ audiunꝛ. ſed ex hoc quod ꝓferuntur. ita illā vox qcqd ſibi habebit:habebit efficaciam inſtrumentalē ad reſuſcitanduȝ:non ex hoc ꝙ ſentitur:ſed ex hoc quod ꝓfertur. Sicut etiaȝ vox ex ipſa impulſione aeris excitat dormientem:ſoluēdo organum ſentiendi:nō ex hoc:ꝙ cognoſcatur. quia iudicium de voce proueniente ad aures ſeqtur excitationem:⁊ nō eſt cauſa eius:⁊ ita vt dicit dominus Bonauentura in. iiij. vox illa audietur ſimul tempore: quando mortui reſurgent prius tñ natura reſurgent:q̄ȝ audiant rōne iā dicta. ¶ Ad iij. reſpondetur negando conſequentiam. Et rō eſt:q: virtus illa data voci non ē ens perfectum in natura:ſed eſt talis:qualis eſt in formis ſacramentorum. Aſſumptum aūt eſſet verum:quando potentia ſiue virtus: que datur eſt ens completum in natura:ſic eſt potentia data ceco illuminato.

¶ In feſto beati Martini eſt euangeliuȝ. Sint lumbi veſtri ⁊c̄. Lu. xij. De quo diſputatur ſicut in feſto beati Nicolai. Nūc queritur.

v Trum illud ſit verum: an ꝯue-
nienter dictum: ꝙ expectantes
dñm reuerſuruȝ: xp̃s faciet eos
diſcumbere: ⁊ tranſiens mini-
ſtrabit illis. Et videtur ꝙ non. ¶ Primo
ſic. Diſcubitus eſt accõmodata corꝑis diſ-
poſitio in iacendo: vel ſedendo. Sed talis
corporalis diſcubitus non ꝯuenit aiab⁹ ſan
ctoꝝ: que ſunt ſpũs incorporei. Ergo nõ vr̃
ꝯuẽs. ¶ Scd̃o ſic. Chriſtus eſt imobilis: ſꝑ
ſtabilis: dans cuncta moueri: vt dic̃ Boe-
tius. Et in Pſal. Tu aũt idem ipſe es. Er-
go non vr̃ ꝯuenienter dictũ: ꝙ trãſiẽs ⁊c̃.
¶ Tertio ſic. Si miniſtrabit: queritur aut
idẽ oibus: aut varia diuerſis. Nõ videtur
idẽ. q: vt vr̃: tũc oẽs equaliter eẽnt bt̃i: qd̃
eſt falſum. Cũ eni p̃mium rñdeat merito. ⁊
multi ſint excellẽtioꝛiſ meriti: q̃ȝ alij: neceſſa
rio nõ erũt oẽs equaliter bt̃i. Si varia. Er-
go ſequit̃: ꝙ non erit vna btitudo omniuȝ.
¶ Jn opp. eſt euangelium. ¶ Rñdeo dõm:
ꝙ hoc veriſſimũ eſt bene intellectuȝ. Dñs
ſpũalia loquitur: ſub ſilitudine reꝝ corpora
liũ: vt nos itelligere valeamus. ¶ Ad rõ-
nes in opp. ¶ Ad primaȝ rñdet̃: ꝙ per il-
lum diſtributiuũ intelligunt̃ ſedes: ⁊ man-
ſiões parate ſanctis in illo btitudinis pran-
dio. De qbus dr̃ Jo. xiiij. Jn domo patris
mei: multe mãſiões ſunt. Qd̃ Augu. expo-
nit de varijs dignitatib⁹ p̃mioꝝ. ¶ Ad ſe
cũdã rñdet̃ iuxta Albertũ magnũ ſuꝑ Lu.
x j. ꝙ xp̃s trãſibit triplici trãſitu in glĩa mi-
niſtrãdo. ſ. trãſitu corꝑali. trãſitu corꝑali: ſi-
mul ⁊ mẽtali. tertio trãſitu mẽtali tm̃. Cor-
porali qdẽ trãſibit in ſeipo: qñ poſt iudiciũ
de aere: in quo occurrẽt ei bt̃i in celuȝ: cum
eis mouebit̃. j. Thi. iiij. ſimul rapient̃ cum
illis obuiã xp̃o in aera. Mẽtali aũt trãſitu
non tranſibit in ſe: ſed in ſanctis: qñ nouis
illuminationibus reficit ſctõs. Eccle. xxiiij.
Trãſite ad me omnes: q concupiſcitis. Si-
mul aũt corꝑali ⁊ mẽtali trãſibit ẽt in ſctis:
qñ ſenſib⁹ corꝑis exhibebit glĩam corꝑis:
⁊ mẽtib⁹ exhibebit glĩam diuinitatis. Jo. x.
Per me ſi qs itroierit: ſaluabit̃ ⁊ igredie-
tur: ⁊ egrediet̃: ⁊ paſcua inueniet. Exponit
Aug. Foris egrediens paſcit̃ in ſaluatoris
humanitate: ⁊ itus egrediẽs paſcet̃ in crea
toris diuinitate. Et ſic vtrobiq̃ȝ paſcua iue
niet. Et ſic rñdet ad. iij. ꝙ idem miniſtrabit
oibus. Omniũ eni btitudo vna: ſicut vnus
denarius: lȝ nõ equaliter oẽs illã ꝑticipent.
¶ Jn feſto bt̃e Catherine ẽ euangeliũ. Si
mile ẽ regnũ celoꝝ. Circa qd̃ p̃nt diſ. ſe. q.
v Trum beata Catherina emit
agrum: in quo erat theſaur⁹ ab
ſconditus. Et vr̃ ꝙ non. ¶ Pri
mo ſic. Quia ager ille in quo
abſcõditi ſunt oẽs theſauri ſapiẽtie ⁊ ſcien
tie dei ẽ xp̃s Colo. ij. Sed nõ eſt emibilis.
Ergo ⁊c̃. ¶ Scd̃o ſic. Chriſti precio Ca-
therina: ⁊ oẽs fideles ſumus empti: ſm̃ il-
lud. j. Petri. j. Empti enim eſtis precio ma
gno. gl. ſanguine xp̃i. Ergo nõ vr̃ ꝯuenien-
ter dictũ: ꝙ xp̃s emptus ſit a quocunq̃ȝ no
ſtrum. ¶ Jn opp. vr̃ euangelium. quod in
hmõi ſcẽ feſtiuitate legit̃: ꝙ btã Catherina
fuerit illa: q̃ agrũ emit: in quo theſaur⁹ eẽt
abſcõditus: vt hẽret illud. ¶ Rñdeo dõm
ꝙ emptio in p̃nti dr̃ methafoꝛice: q: vbi ẽ
aliqua cõmutatio: ibi aliqua emptio. Cum
aũt ſancti ꝯtẽnũt oia terrena: ꝓ xp̃o: ⁊ pro-
priam vitã exponũt: ꝓpter ipſum: dicuntur
emere xp̃um iuxta illud Apl̃i ad Phi. iij.
Oia. ſ. mũdana detrimentũ feci: ⁊ arbitroꝛ
vt ſtercora: vt xp̃m lucrifaciã: ⁊ vt inueniar
in illo. Et Ambro. terminans illud Jſa. lv.
Oẽs ſitiẽtes, vẽite ad aquas: ⁊ q nõ hẽtis
argẽtũ: ite emite ⁊c̃. dicit ſic. Nec eni preci
um q̃ſiuit a nobis: q̃ ſanguis ſui preciũ ſol-
uit. q: nõ auro. ⁊ argento: ſed precioſo nos
redemit ſanguine. Ergo idem precium de
bes: quo emptus es. Eme xp̃m tibi: non eo
qd̃ pauci habẽt: ſed eo qd̃ oẽs habent per
naturã ſuum eſt: qd̃ a te xp̃us repoſcit: ipſe
omnibus vitam dedit. ipſe pro oibus mor-
tem ſuã obtulit. Solue pro auctore: qd̃ ſolu
tũ eſt lege. Nõ mediocris ꝯtractus ẽ. Hec
Ambro. Cũ ergo btã Catheria cõtẽpta oi
dignitate: vitã ſuaȝ pro xp̃o conſtantiſſime

dederit: recte emiſſe agrum. i. xp̄m: in quo theſaurus abſconditus eſt: dr̄: ex quo agro aſſumpſit theſaurum diuine ſapientie qua maxime vſa eſt in defenſione fidei: in confu tatione ydolatrie. in diſputatione contra re ctores: quibus vnum ſolum deum veruз eē probatur: ⁊ deos falſos omnes eſſe conui cit. Inde ſumpſit theſaurum ſcientie infu ſe a natura: qua maxime vſa eſt in diſputa tione contra imperatorem: vt patet in legē da. Tertio ſumpſit inde notitiaз ſciētie me thaphyſice. ⁊ hoc in contemptu terrenoꝝ. hec enim ſciētia ſpeculatur formas ſine ma teria. Hanc habuit: quando animum ſuum a materialium rerum amore ſubtraxit: qua vſa eſt: quando oratores: ⁊ reginam: ⁊ mili tes ad contemptum mundi: ⁊ deſpectū ſui: ⁊ deſiderium regni celeſtis animauit: ⁊ in martirio confortauit. ¶ Ad rōnes in opp. ¶ Ad ṕmaз rn̄detur negādo aſſumptum: qm̄ modo predicto xp̄s emibilis ē. ¶ Ad ſecundam reſpondetur negando ↄ̄ntiam. Et rō eſt: q: non eſt eiuſdē emptionis: qua xp̄s dicitur ſuo ſanguine nos emiſſe: ⁊ qua fide ⁊ deuotione nos eum amplectemur. Unde Ambro. nemo vereatur qui argē tum non habet: non querit xp̄s argentum: ſed fidem: que argento precioſiꝛ eſt.

¶ Queſtiones euangeliorum tam de tem pore q̄з de ſanctis collecte per. R. D. Joā nem de Turre Cremata ordinis predica torum de obſeruantia epiſcopuз Sabinen. ſancte Romane eccleſie cardinalem: ſancti Sixti expliciunt hic: Impreſſe Brixie An no. M.cccc.xcviij. die. ij. Junij per Ange lum Britānicum de palaзollo: ad laudem dei ⁊ eius genitricis marie.

## Regiſtruз huius opis

a b c d e f g h [illegible] i [illegible] o p q r s t v

Omnes ſunt quaterni.